

**Officiale pmae**

**De** **xx**

**Secundum** **et**

**tertium** **et**

**quarto** **et**

**quinto** **et**

**sexto** **et**

**septimo** **et**


**octavo** **et**

**nono** **et**

**decimo** **et**

RERVM  
BOEMICA-  
RVM EPHEMERIDIS  
HISTORICÆ LIBER PRIMVS,  
concinnatus studio  
atq; opera.

PROCOPII LVPACII  
PRAGENSIS.



Cum gratia & Priuilegio Imperiali.

NORIBERGÆ,  
IN OFFICINA CATHARINÆ  
Gerlachin, & Hæredum Io-  
hannis Montani.

---

M. D. LXXVIII.

**Demosthenes.**

**Non existimandum est, quum præteriū rerum ante nos  
gestarum tempus, simul & res gestas, uelut dilatio,  
interiisse.**

**P. Eberus.**

**In diebus, quibus que contigerunt, commoneſunt lectors  
de mirandis euentibus, qui plerumq; ſunt exempla uel  
BONITATIS, uel IRAE DEI, & aut BENE-  
FICIA DIVINA, aut humanorum ſcelerum in-  
ſignes & horrendas P O E N A S continent.**

**Franc. Patritius.**

**Sunt Tempus & Locus ceu bini pedes historie, quibus di-  
ſimila rerum memoria iuſtit & conſeruatur.**

**Dau. Chyträus.**

**Lectione historiarum ſuauior erit, ſi ſeries temporum ac-  
cedat.**



2243247

AD AMICVM,  
CANDIDVM, PATRIÆ.  
QVE RERVVM AMANTEM,  
LECTOREM.

**B**DO NVNC, VTI VIDES,  
amice Lector, librum pri-  
mum Ephemeridis histori-  
cæ; quam ante aliquot an-  
nos in vsum priuatum ex  
varijs tum manu scriptis,  
tum prælo typographico subiectis, patriæ  
nostræ historiographis collegeram; Chro-  
nographici operis, quod concinnauimus,  
quoddam quasi specimen. Quumq; nullum  
mihi sit dubium, eiusmodi antiquitatum,  
hoc est, rerum præteritarum & veterum;  
quæ in patria nostra contigerunt, suntq; di-  
gnæ scitu, lectu, atq; publica omnium co-  
gnitione simul, & consideratione; extare  
apud nostros homines, siue priuatum siue pu-  
blicè asseruata, monumenta plurima; eos  
humaniter, nec minus amanter hac nostra  
compellatiuncula oratos esse volui, vt, pro  
laude & gloria Dei, pro honore, publicoq;  
patriæ bono atq; emolumento, siue per nos,

A 2 si qui-

## E P I S T O L A

si quidem ita ipsis visum collibitumq; fuerit; benignè nobis communicata, siue per seipso in lucem edita, publici faciant iuris. Extiterunt in gente Boëmica, non vetustate modò, verum etiam pietate atq; virtute præclaræ & Procerum & Equestris ordinis familiæ: fuerunt viri heroici, cum bellica tum togata virtute præstantes, de Ecclesia Dei, de Republica, de patria meriti quām optimæ: Necq; defuerunt almæ Academiæ Pragensi Doctores, Magistri, Theologi, Iure-consulti, Physici, Medici, Mathematici, honestarumq; disciplinarum Professores, viri eruditæ, insignia ornamenta, communisq; patriæ lumina: eorum vel ortus obitusq;, si reliquum vitæ curriculum sit aut neglectione oblitteratum, aut obliuione sepultum; die natalis vel mortis in Ephemeride annotatis, commemorare, & ad posteritatem (exemplorum, quæ iuuentutem mouent, causa) propagare, concelebrare, an non est tum pietatis, tum gratitudinis in maiores officium: Sed hæc ut ita, quemadmodum dicimus, fieriç; par est, fiant; ea, quæ intra priuatos parietes citra vllum fructum possidentium delitescunt, vt foras eliminentur, est necessum.

A D L E C T O R E M.

necessum. His & similibus rationibus (quas  
hīc fūsius persequi non est nostri instituti)  
quemlibet patriæ amantē lectorem, virumq;  
bonum, permotum iri, vt conatus pios &  
honestos, quantum licuerit, iuuet atq;  
promoueat, ego sanè nullus addubito. Atq;  
si accessione aliqua Kalendarium nostrum, vt  
speramus & confidimus, locupletārit, (quæ  
vna est ratio, cur nunc primum modò eius li-  
brum in lucem emittamus) magna nos af-  
ficiet voluptate: nec ingratos comperiet,  
ascriptione nominis ipsius in catalogo no-  
stro; quoniam neminem suo honore defrau-  
dare, aut debita de prædicatione priuare vo-  
lumus: sin minus, quum publicè nostri pro-  
positi exponamus consilium, euulgare reli-  
quos Ephemeridis nostræ libros non pro-  
crastinabimus. Bene & feliciter vale, can-  
dide lector. Tuſtæ, aliâs Domazlicij (op-  
pido Boëmiæ.)

Procopius Lupacius.

THOMAS MI-  
TIS LYMVSAEV S PRO-  
copio Lupacio Pragensi S.

PATRIA si partem nostri sibi uendicat ortus,  
Si pius est PATRIAE dicere gesta labor.  
Gratia si PATRIAE debetur magna cuiuis,  
Si PATRIAM quemuis condecorare decet,  
PATRIA si merito gratos tibi poscis alumnos,  
Si benè de PATRIA promeruisse bonum est:  
Fac patrios fastos, Procopi, tandem ede, Lupacio  
Cum patria lector cur tibi plaudat, erit.  
Eruta ruderibus blattisq; erepta resurgent  
Per te cum rebus nomina Czechiadum.  
Posteritas tua scripta legens relegensq; ita promet:  
Ciuis hic & uates, historicusq; bonus.

IOANNES ROSINV S ZA-  
TECENSIS BOHEMICA  
iuuentuti s.

TEMPORIS est testis, lux ueri, res ubi prisca  
Pandit in apricum nobilis historia,  
Qua monitus sapiens lector de rebus agendis  
Euentu uario cautior esse potest,  
Inspiciensq; graues comitari crima pœnas,  
Et placidum finem consiliij esse boni,

Doctus

AD BOHEMIVVENTVTEM.

Doctus ab exemplis, sibi quid sit in orbe sequendum,

Quidue relinquendum, certius inde uidet.

Debet atim scriptis uulgantis candor imesse,

Vt sibi sint dextro congrua cuncta stylo,

Lectio quoque sibi constet perspectior, istuc

Tempora cum certis sunt referenda locis,

Vt geminis alis uerum enitatur in altum,

Actaque res possit conciliare fidem.

Quod nisi quis prestat, ceu corpus inutile cæcum est,

Sic demto uero claudicat historia.

Hinc sua L V P A C I V S scindit monumenta calendis.

Quo pateant certo quæque reperta die.

Quisquis aues gentis Boiemæ discere fastos,

Gestaque res quo sit tempore, quoque loco,

Ipse quod ex uarijs scriptoribus eruit autor

Congestum, ut facili scire labore queas.

Inspice quotidiane memorandos ordine casus.

Inque animum condas utiliora tuum.

Hoc tibi noticiam rerum collegeris usu,

Qualibet & poteris doctior esse die.

Ante tuos ortus quid sit, si noueris, actum,

Mente senex fies, sis licet ore puer,

Quod si, quam fueris, quid sit, non noueris, actum,

Vsq; puer fies, sis licet ore senex.

SVATOMIRIVS THABO.  
RENVS EIDEM IVVEN-  
TVTI S.

**E**X T A T in his ueri simplex narratio fastis,  
Quos postquam patriæ, docta iuuenta, leges,  
Si quid habes tenebris occultum profer in auras,  
Fiat ut augmento gratius istud opus,  
Et benè de patria meriti celebrentur honore,  
Posteritasq; habeat, quos imitetur, Auos.  
Nam uelut est laudis patriæ res promere gestas,  
Sic erit has magnum subticuisse nefas.

AVTORES

**AVTORES, QVI  
IN HISCE EPHEMERI-  
DIBVS CITANTVR.**

**C**Osmas Decanus Pragensis, m. s.  
Pribislauus Pulkavva, m. s.  
Chronicon Boleslauense, m. s.  
Chronicon M. Laurentij, &c. m. s.  
Chronicon Dessenianum, m. s.  
Chronicon Erhardianum, m. s.  
Annales Ioh. Hageci.  
Annales Martini Cutheni.  
Historia Ioh. Dubrauij.  
Historia Æ. Syluij.  
Historia Polon. M. Cromeri, &c.

**A S D E**

# DE VSV KA= LENDARII.

Certa nisi ætatū nossent discrimina gentes,  
Nulla vetustatis si monumenta forent;  
Tēpora cū rebus nisi mens humana teneret,  
Consilijscō modum temporis ordo daret;  
Nec dispersa decus diuini Ecclesia cultus,  
Publica nec sociam res retineret opem,  
Barbaries mores, sanctas lasciuia leges,  
Saluificam premet vita prophana fidem.

I. Stigelius.

I.  
**IANVARIVS.**

**I. IANVAR.**

Calend. Ian.

Anno Domini 1230. obiit Clariss<sup>s</sup> princeps, Pre<sup>s</sup> myslaus, qui & Ottocarus, tertius rex Boëmiae, cognomeno Victoriosus: honorificè, cumq; luclu sepulius in templo Cathedrali D. Viti, arcis Pragensis, regnauit an: 32. Inscr.

Anno D. 1310. Ad mandatum Ioannis Henr. VII. Imp. fil. Caroli IIII. patris, ( regis Boëmiae 10. ) quem recens Pragam fuit ingressus, Henrico Carinthiaco inde profecto, status regni Boëmiae conueniunt, eiq; in templo Cathedrali arcis Pragensis præstant homagium, & iuramenta perpetuæ fidelitatis. Chr. A. R.

Anno D. 1380. ( Hag. habet 1379. ) obiit Iohannes, cognomento Ocellus, natione Bohemus, tt. 12. apostolorum Cardinalis: primus apostolicæ sedis legatus natus: Secundus Archiep. Pragen. Ei successit Zbynco à VValedock & Hasenburgk. Hoc anno grassata est lues contagiosa per Boëmiam, cœpit à festo Ascensionis, uti uocant, Domini, durauit usq; ad festum D. Michaëlis.

Anno D. 1387. ut plures mm. ss. conueniunt: Hagecus habet 1388. obiit Iohanna regis VVenceslai E. N. IV, uxor prima. Sepulta XI. Ianuar: in cœnobio Aule regiae, fuit filia Alberti Senioris, Ducis Bauarie, & Hollandie Comitis: Ex ea nullam prolem VVenceslam suscepit.

Cisio Ianus Epi. sibi vēdicat hoc Feli. Mar. Ant. Prisca Fab. Ag. Vincenti PAV. Po. nobile lumē.

I. IANVAR.

Calend. Ian.

Anno D. 1427. Obiit magnificus Baro Boëniæ, Vito  
Florinus Boceccus de Podebrada & Cunstat: pater Geor-  
gij regis Boëniæ, frater Domini Hynconis.

Anno D. 1491. Cometes apparuit. Sol quoq; defec-  
cit. Insecuta est hoc anno per Boëniam penuria frugum:  
vini prouentus parcus: quod & immaturum fuit aci-  
dumq;: mortuus est quoq; Henricus alias Hynen, dux  
Münsterbergensis, Georgij, regis quondam Boëm: filius.  
Rex Portugalliae lapsus cum equo, periit. Item pecudes  
& armenta paßim contabuerunt.

II. IANVAR.

4. Non. Ian.

Anno D. 969. Boleslauo (E. N. II. Duce Boëm. 15.)  
 Diethmarus saxo, natione Magdeburgensis, è uiuis ex-  
 cessit, sepultus in æde Cathedrali arcis Pragensis. Is est  
 primus episcopus Pragensis Ecclesiæ: ab Hattonc, Mo-  
 guntinensi archiepiscopo, confirmatus. Populum gentis  
 lem baptizans quam plurimum facit Christo fidelem.  
 Cos. Nam mediocrem Slavinicæ linguae usum habebat.  
 Pulta. Sedit anno 1. Ei successebit Adalbertus, uulgo VVoya-  
 techus, natione Bohemus.

Anno D. 1438. (hunc diem 2. Ianuar. nostri mmi. ss.  
 habent: Michaël Ritius priorem, ut & M. Beutherus ex  
 Chron. Hungar.) Albertus Dux Austriae, Sigism. Imp.  
 gener, Ladislai reg. Boëm. pater, apud Albam Regalem  
 rex Hungariae coronatus unà cum Elezabetha uxore sua.  
 Idem eodem anno, mense Iunio, Pragæ, cingitur quoq;  
 diadematæ regio.

II. JANVAR.

4.

4. Non. Ianu.

III. IANVAR.

5.

3. Non. Ianuar.

Anno D. 1117. hora iam uesternali, terre motus  
factus est magnus in Bohemia, finitimusq; Boem. regionis  
bus: sed multo maior in partibus Longobardiae, multis in  
locis, quadraginta dierum spacio, ut scribit Iac. Philip.  
Bergom. Multa ibi ( famâ ferente ) ædificia ceciderunt,  
multa castella sunt diruta, multa delubra & monasteria  
corruerunt, & multos homines oppresserunt. Cosm.

Anno D. 1415. M. Ioan. Hußius, captiuss, ex Cano-  
toris Constantiensis domo, ducitur in cœnobium fratrum  
prædicatorum, situm ad stagnum: coniicitur ab eisdem  
in carcerem tenebricosum, sordide latrinæ uicinum, ubi  
usq; ad festum Palmarum (uti uocant) non sine discrimi-  
ue uitæ ibi finiendæ, detinetur: post tamen, cum ex fœto-  
re in grauem morbum semel atq; iterum incidisset, in mis-  
tiore carcere custoditur.

III. IANVAR.

6.

3. Non Ian.

III. IANV.

Prid. Non. Ian.

Anno D. 1508. (67. quidam habent) hoc, & in sequentibus diebus tanta fuit in Boëmia hyemis asperitas, ut iumenta & pecudes rigore brumæ expirarent: plerique etiam mortalium, dum iter facerent, in uia inuenti fuissent exanimes. Durarunt ea frigora & gelua, usque ad 20. dies em Martij.

Anno D. 1504. Ad Straconicum oppidum Boëmiae rogi incendio uiui absunti sunt duo Iudei, fratres, ut non multò antè mater ipsorum: eò, quod puerum Christianum, è sublimi suspensum (in Christi Dei hominisq; & uero Christianorū acerbum ludibrium) cultris crudeliter confosum, & horribili cruciatu laniatum, sanguinem ex eius corpore elicientes, trucidassent. Simile quid legitur de pueris Anglico: Parisiensi: Tridentino: Bacherachenisi, & Viseensehensi.

Anno D. 1378. Carolus IIII. Imper. Boëm. rex, Caroli V. Franciae regis auunculus, una cum VVencesl. fil. Cæs. Des. in Franciam profectus, ut inter Anglos & Gallos diuturna, quæ illis utrinque intercedebant, dissidia tolleret, Luteciam Parisiorum ingressus, & magnificè exceptus est. Attamen totum illud de pace suscepitum negotium, propter sequentem paulò post reginæ simul ac regie filiae obitum, in aliud tempus reiectum est. M. Beuth. ex Chr. Franc. Ipse quoque Car. IIII. non multò post, uita delicit sub exitum IX br. eodem anno, uita defunctus est.

Anno D. 1556. sub 8. horam noctis, Pragæ, & alijs aliquot non solum in Boëmia, sed & in Misnia (ut ferebatur)

III. IANV.

Prid. Non. Ian.

batur) locis, coruscationum, tonitru, fulminum, uentorum, horribilis, ingens, & insolita una eademq; hora tempestas est coorta.

## Numerale.

*Templa, arces, nolæ conflagrant igne corusco,  
Iane, tuos quatuor nocte sequente dies.*

Mart. Cuthenij.

Sed hæc alij referunt ad 3. Kal. Ian. An. 1555.

V. IANVAR.

Nonis Ian.

Anno D. 1430. infra pulsum uesperarum Sigis-  
mundus Imp. & rex Boëm. uenit Noribergam: commo-  
ratusq; ibidem est usq; ad 29. Augusti. SSindelius.

Anno D. 1531. Ferdinandus Archidux Austriae,  
Hungariae Boëmiaq; rex, Coloniæ Agrippinæ in prima-  
rio templo renunciatur rex Römm. Quod hoc etecosticho  
inclusit Dauid Crinitus:

Fernando Latij confert Collonia regis,  
Fulserat ut quinto Ianus ab orbe, decus.

10.

V. IANV.

Nonis Ianu.

VI. IANV.

S. Id. Ian.

Anno D. 1130. Aurora, mira quadam specie orta, quasi Chorea duceret, conspecta est, ita ut homines eos spectaculo novo atq; insolito admirationem traherentur: per hosce dies crebra quoq; ostenta in aëre comparebant. Cosm. In sequente anno patefactæ sunt insidiæ, quæ à nonnullis domesticis Sobeslaui Boëm. Ducis uitæ stirabantur: Sed eius perfidiæ autores capti deinceps, & à Duce, capitali supplicio sunt affecti.

Anno D. 1309. Henricus Comes Luceburgius (E. N. VII.) Ioh. Reg. Boëm. pater: Karoli IIII. annis) ante Kal. uide. Nouembris electus & declaratus Romm. rex, regali diademate coronatus est cum Margaretha uxore sua, Aquisgrani, per Ioh. Colon. Archiepiscopum. Chr. A. R. & M. Beutherus ex Auentino.

Anno D. 1311. Mediolani in Ecclesia b. Ambrosij cum maxima solennitate & decentia Dominus Henricus VII. rex Romm. unà cum D. Margaretha regina, corona ferrea est legaliter coronatus, ceterisq; ad hoc requisitis apparatibus gloriosissimè insignitus. Chr. A.R. & Krantz: in Saxonia.

Anno D. 1313. Ioh. rex Boëm. sacri Imperij per Germaniam uicarius generalis, conuentus Principum Imperij in inclita urbe Noriberga agit, ut auxiliares copias patri suo tanquam Romm. Imper. aduersus Florentinos, quos uti contemtores & rebelles coercitos esse uoluit exhiberent.

Anno D. 1355. Carolus IIII. rex Boëm. Mediolani in cœnobio D. Ambrosij, ferrea coronâ ab episcopo Mediola-

VI. IANV.

s. Id. Ian.

**Mediolanensi**, de more, cinctus est. Commoratur ibi  
dem per dies 18. post Romam inde ad suscipiendum dia-  
dema imperatorum profectus.

Anno D. 1433. Legati ex regno Boëmiae missi, &  
Theologi Magistri Pragenses, publicis eiusdem concilij  
euocati literis, hoc die ueniunt Basileam. De quatuor  
Boëmorum, uti uocant, articulis ad sacri usq; paschatis  
tempus disputant. Ex ea Synodo, ad 19. Maij demum Prae-  
gam redeunt.

A

13.

VII. IANV.

7. Id Ian.

VII, IANV,

14.

IV 7. Id, Ian.

15.

VIII. IANV.

6. Id. Ian.

Anno D. 1541. Sabbato uertente in diem Dominica-  
cum, obiit Magnificus Dominus Henricus Berka à Duba,  
Supremus Iudex Reg. Boh. Dessen: eph.

VIII. IANV.

6. Id. Ian.

Anno D. 1157. Spitigneus (uel Zbityhneuus) filius Boribogi. (E. N. II. Du. Boëm.) qui, longa & difficultia apud exteras nationes passus exilia, tandem, præceptione & petitione Friderici Ahenobardi, Rom. Imp. à VVladislauo duce receptus in patriam suam fuit, intempestiua morte ex hac uita sublatus decedit: dux, imò flos & honor ducum. Cos.

Anno D. 1420. (quanquam de die uariant nonnulli) interregni Boëmiae à morte reg. Venceslaui, Karoli F. anno 1. sub cantum galli, multi utriusq; sexus homines, propter Euangelicæ doctrinæ confessionem & integrum Coenæ Domini usum, Gutebergæ oppidi 8. M. P. distantis à Praga, in fodinas argentarias à pontificijs præcipitantur: inter eos existit M. Iohan: Chodecus, Gurimensis presbyter, una cum ceteris symmystis, uidelicet Martino, Iacobo, Leonharto: ijs similem fortunam & exitum uitæ sortiti. Tanta autem fuit odij aduersariorum in pios acerbitas, ut eos ad instar iumentorum pecunia emerent, pro laico 1. floren: pro clero autem seu sacerdote uno, 5. floren. adnumerantes: ita fœdè coëmtos exquisitis tormentorum generibus miserabiliter excruciant, ad extremum in argentifodinarum profunda (ut dictum) præcipites deturbabant.

15.

IX. IANV.

5. Id. Jan.

X. IANV.

4. Id. Ian.

Anno D. 1055. (ut Cos. & Pulk. atq; secundum utrung; Hag. nam Cuth. 1056. habet) hoc die (Hag. 29. Xbris annotat, minus recte, ut & AE. Syllius, qui habet diem obitus 4. Kal. Maij) obiit Brætislauus 17. Dux Boëm. febre extinctus in oppido Boëm. Chrudima: expeditione iam tertium in Vngariam suscepta, ut armis eam sibi subiugaret. Sepultus est Pragæ in Cathedrali Ecclesia DD. VVenceslai, Viti, Adalberti. Magnus planctus est desuper illico factus. Pietatis propagator & cultus diuini, iusticiæq; amator. Ultimo testamento constituit, ut inter ipsius natos siue nepotes semper maior na- tu summum ius & solium obtineat in principatu. Cos. Non multos regnare bonum est: rex unicus esto. Sedit in ducali solio, rex itq; à morte patris, Boëmiam 18. ann. 2. mens. Reliquit filios natos ex Iuditha siue Gutha uxore sua, Ducis Othonis Palatini Rheni filia, quimq; Spitigneus um, Vratislauum, Conradum, Othonem, Jaromirum. Ei succedit, secundum paternam sanctionem, Spitigneus primogenitus fil. Idem Cos.

Anno D. 1376. ut quidem annotauit Cyprianus Leouitius: nam M. Nicolaus Sudus habet 1377. (ne subfit menda) sol defecit. Anno inseguente, durantibus adhuc eclipsis Solis & Cometæ effectibus, obiit Karol. IIII. Romm. Imp. Boëm. rex. Inter pontifices quoq; Romanos pertimax atq; diuturnum dissidium gliscerat. Cypri. L.

Anno D. 1488. Vir equestris Ioh. Malouecius, su- bitanea & inopina morte extinctus, obiit.

X. IANV.

4. Id Ian.

XI. IANV.

3. Id. Ian.

Anno D. 1387. Iohanna, quondam uxor R. VVenceslai (E. N. IIII.) quæ, ut suprà est annotatum, obiit Kalend. Ian: hoc die sepulta est Pragæ.

Anno D. 1497. Inundationes maxime, in tantum, ut aquarum altitudine molarum usus sisteretur.

XI. IANV.

3. Id. Ian.

XII. IANV.

Prid. Id. Ianv.

Anno D. 1382. Zauissa episcopus Cracoviensis, seu uehementi & repento morbo, seu de scala lapsus, quum aceruum ascenderet ad uitiandam puellam rusticanam, expirauit. Crom. Euge θεὸς τὸν ἀλιτρόν. Hom. Cernit Deus omnia uindex.

Anno D. 1472. Cometes, pogonia dictus, uisus. Paruuus in se, sed longam & illustrem post se caudam trahens, uago & incerto cursu nunc ad septentrionem, nunc ad meridiem, nunc ad occidentem solem: caudam quoq; nunc huc, nunc illuc obuertens: totos duos menses perdu- rauit. Crom. Proximè sequente anno lues contagiosa per- uagata est Boëmiam. Aestas siccitate insolita grauis, adeò, ut æstu nimio syluae incensæ, flumina fuerint siccata: Danubius ipse extiterit uadosus. Magna, plurimaq; ma- la proximis tribus annis, Poloniam, Burgundiam, Gallia- am, ac omnem propè Europam peruerserunt. Nullus Co- metæ est, qui malum non afferat. Camer.

Anno D. 1519. diluculo obiit Maximilianus Impe. E.N.I. filius Frid. (E.N.III.) Imperatoris P. F. A. anno etatis 63. climacterico (ut annotauit Gilb. Cognatus) Ro- man. Imper. regumq; Vngarie & Boëmiae, Ferdinandi I. auus, Maximiliani II. proauus, Rudolphi II. abauus. Eius obitum antegressa est imgens luminis solaris eclipsis.

XII. JANV.

Prid. Id. Ian.

24. Слово  
как вспомогательное, то есть вспомогательное к  
главному, то есть к тому, что выражает сущность  
излагаемого предмета, то есть к тому, что выражает  
сущность излагаемого предмета.

XIII. IANV.

Idib. Ian.

Anno D. 1093. ut Hagecus, nam Cos. & Cuth. ex P. Pulkauua 1092. habet, febre extinctus, obiit VVratislauus, Dux 19. & primus rex Boëm. cognomento Iustus, celebriq; funeris pompa & magno populi luctu elatus, atq; sepultus VVyssegradæ, in templo D. Petri, quod ipse fundauit, & liberaliter dotauit. Dux præfuit Boëmiae 15. rex uero factus 16. ann. Sribit Ioach. Cureus VVratislauiam, metropolitanam Silesiæ urbem, ab hoc rege VVratislauo nomen habuisse: annoq; 1030. sua primordia cepisse. VVratislauo R. Conradus fil. successit.

Anno D. 1470. Cureus 1471. Cometa fulsit, per 4. septimanas conspectus. Anno insequente, Georgius rex, & Ioh. Rokyczanus, electus Boëm. Archiepiscopus ex hac uita decesserunt: multiq; alij post principes, nimirum durantibus adhuc operationibus eclipsis an. 1469. ut ait C. Leouitius.

Anno D. 1486. Rex VVladislauus (E. N. II.) in Noua Vrbe Pragensi Senatum ipse creat.

Anno D. 1506. (Si non subest in m. s. mendum) magnificus Dominus D. Ioan. ab Hasenburgk natus est hoc die. Hora 10. Minut. 57. Deß. senior.

26.

XIII. IANV.

Idib. Ianu.

XIII. IANV. 19. Kalend. Febr.

Anno D. 1125. Obiit VVladislauus III. ( ex coniuge Suatauua fil. VVratislau prim. Reg. Boëm. ) dux Boëm: 24. Sepultus im coenobio Cladronensi, quod ipse extruxit, & munificè dotauit. Reliquit tres filios superstites: VVladislauum, secundum regem Boëm. Henricum, & Theobaldum.

Anno D. 1345. Sol, & Luna eodem anno, sed non die, passi defectum: Subsecuta est pestis popularis hominum plerisque in regionibus, & bella aspera inter Christianos, potiss. autem ad solem occidentem: Phrysi uastabant Hollandiam: cæsa multa hominum millia. Hagecus.

Anno D. 1348. Eclipsis Lunæ. Secuta non multò post est mors Blancae Imperatricis & reginæ Boëm. priuiae uxoris Karol. IIII. Flagelliferi, peruagantur Boëmiam. Contagiosa quoque lues per Europam grassatur. Tremor terræ concusit quædam loca in Boëmia, & Villacum. H.

XIII, IANV.

25.

19. Kalend. Febr.

XV. IANV.

I S. Kal. Febr.

Anno D. 1283. Stillicidia sanguinis manauerunt de pede crucifixi, locati circa tumbam S. Lidomillæ, in templo S. Georgij arcis Pragensis. Et super his, quæ unæ simul, atq; altera uice contigerunt, uiri fide digni testimonium perhibent, dicentes se talia uidisse. Cosm. Non multò post subortæ sunt pressuræ & calamitates Boëmiæ grauiss. item pestis popularis, atq; annonæ caritas, & inde exorta fames tanta, ut matres alicubi proprijs liberas intersectis uescerentur. Simile quiddam euenisce scribitur nostra ætate, An. D. 1551. nimirum statuam crucifixi stupendo miraculo emisisse sudorem, in cœnobio opp. Bernburgi. P. Eb. L. Sur.

XV. IANV.

30.

IS. Kal. Febr.

31.

XVI. IANV.

17. Kal. Febr.

XVI. IANV.

32.

17. Kal. Febr.

Anno D. 1258. ut Pulk. Cuth. & Hag. habent: Cos. uerò 1261. si non subest librarij mendum, annotauit: Nicolaus cognomento Rosa, 23. Pragensis episcopus obiit: succedit ei Iohan. Scholasticus Cathedr. Ecclesie Pragensis.

Anno D. 1350. Anna, quæ & Meczla, ut m. s. habet, Caroli Imper. coniunx secunda, filium peperit VVenceslaum primogenitum.

Anno D. 1425. Menhardus Baro de Noua domo, cum Thaboritis ad Cameniciam prælium commisit, &c.

Anno D. 1432. Tamalta niue pluit, ut uia siue pedibus, siue equo iter facientibus intercluderetur. Pragatum suborta annonæ, potiss. uerò panis, inopia.

Anno D. 1499. Pluribus in locis Boëmiæ magna & cerebra fulgetra atq; coruscationes, alicubi & fulmina: postea uerò usq; ad huius mensis exitum imbres frequentes & repentina, interdum nix, nonnunquam grandines. H.

Anno D. 1575. apparuit Chasma horribile circa primam noctis horam, ab occasu solis tendens ad orientem Budnicij, & alibi plerisq; in locis. Ioan. Stryal.

XVII. IANV.<sup>34</sup>

16. Kal. Febr.

XVIII. IAN.

15. Kal. Febr.

Anno D. 1176. ut habent Cos. & Cutb. ex Pulkauua quidam 74. minus recte: Vladislauus (26. Dux, & 2. Rex Boëm.) obiit in Germaniae arce quadam, quam in dote habuit, nomine Meer, ut Pulk. ait, & in cœnobio Ansem sepelitur: sed inde tandem (quod an. 1176. factum scribitur) in monasterium Montis Sion, quod ipse extruxit, Pragam translatus, ibique est conditus.

Anno D. 1451. biennio uidelicet prius, quam Constantinopolis esset à Turcis capta, Ecclesia Cōstantinopolitanæ Ecclesiæ Boëmicæ & Academiæ Pragensi mittit, hoc die scriptas, literas, ijsq; inter cætera Boëmie gratus latur, quod fundamentum fidei, à Domino Iesu eiusq; discipulis posatum, teneat: simul ad mutuam earum inter Ecclesiarum unionem cohortatur: & quidem unionem ueram, non simulatam, &c. Eadem monet amanter Boëmos, quò sint in posterum concordes: de ritibus mutuo conueniant, & eos (ritus) qui ex bono fundamento extriuntur, & ædificationi seruiunt, retineant. Se Boëmiæ prouisuram esse de Spiritualibus pastoribus, qui uerbo ueritatis mentes pascant, sintq; integritate uitæ cæteris exemplo. Græcè scripta, & in Latinam linguam ea conuersa est epistola: ubi Patriarcha Constantinopolitanus unà cum cæteris eiusdem Ecclesiæ ministris subscriptarunt, & sigillo suo literas communierunt.

Anno D. 1523. Ampliss. Senatus maioris Urbis Praagensis, Sereniss. Regi suo Ludouico eiusq; Maesta. reg. coniugi Mariæ apparant invitatis in Curia epulum splendidum, sumtuosum, opiparum: peracto prandio, in circu excentur

XVIII. IANV.

15. Kal. Febr.

exercentur ludicra equestria, siue equiria, uarijꝫ ludi militares, regima ſpectante ex Domo TrubesKie.

Anno D. 1534. Obiit Ioh. Hlauſa à Liboslauia, pri-  
mas quondam Antiquæ Pragæ, & Hofrichtirius, ut uulgò  
uocant, Regni Boëmiae. Sepultus ad D. Michaëlis in ma-  
iore urbe Pragensi.

Anno D. 1572. nocte, que hunc diem 18. Ian. p̄ceſſit, multis per Boëmiam in locis conſpectum eſt in cœlo  
oſtentum horribile: Lineæ grandes, quaſi niueæ, interq;  
eas etiam atræ flammæ, ab oriente ſole & ſeptentrione  
ſursum ferebantur: ad hec portio magna nubis ſanguinolenta, interdum tamen, non continuè, eſt uifa: Item in-  
cendia, mirum in modum collucentia. Ea partim ad  
ſeptentrionem, partim ad orientem, partim ad occiden-  
tem, reciproca quadam progreſſione, non ſine ſpectantium  
horrore cernebantur. Duraruntq; ad tres horas, ab 8.  
uſq; ad 10. noctis horam. Chasmata, ſimilesq; aëris im-  
preſſiones Plinius, tametsi ethnicus, ait ingentium malo-  
rum (ut ſeditionis, bellorum, & aliarum id genus cala-  
mitatum) eſſe prænuncia. Turcarum in Germaniam  
Anno D. 1529. irruptionem antegressam eſt ingens per  
Germaniam chasma. Eiuscmodi, ſicut & alia prodigia,  
non dubium eſt proponi à misericorde nobis D E O, ut  
excitentur mentes ad pœnitentiam: m. f. S. Valent. SSub.

Anno D. 1514. Visa est in urbibus Pragensibus iris  
amœna , fuitq; tum hyems , quam pro natura seu consti-  
tutione sua , multo tepidior. m. s.

Anno D. 1516. prima eclipsis Lunæ hoc die: altera  
13. Iul. tertia Solis 23. Xbr. Ephem. impr. non multo  
post obiit VVladislauus, Hungarie Boëmiaeq; rex.

XIX. IANV.

3 s.

14. Kal. Febr.

XX. IANV.

13. Kal. Febr.

Anno D. In Cracouiensi regione, honesta quædam matrona Margaritha, Virboslai Comitis uxor, triginta sex pueros uiuos uno partu edidit. Id, utpote insolens & inusitatum, duxi hic ex M. Cromero esse assignandum.

Anno D. 1292. Regi VVenceslauo, E. N. II. ex Gutha siue Iuditha coniuge (Rudolphi Imper: filia) nata est Elizabetha, regis VVenceslaui, E. N. III. soror: regis Ioannis uxor, Karoli IIII. mater.

Eodem anno, die : : : fundatum est à Reg. VVenceslauo monasterium Aulæ regiae.

40.

XX. IAN.

13. Kalend. Febr.

XXI. IAN.

41.

12, Kal, Febr.

XXI. IANV.

42.

12. Kal. Febr.

XXII. IAN.

I I. Kal. Febr.

Anno D. 1510. Georgius Alberti F. Dux Saxonie,  
frequenti & splendido comitatu Pragam cum uxore sua,  
regis VVladislai sorore, uenit feudum accepturus, &c.

Anno D. 1512. extinctus lue contagiosa obiit (qui-  
dam m. s. habet, eum repentina & improuisa morte de-  
cessisse) egregius uir M. VVencesl. Paczouinus, M. Ia-  
cobi Ziz frater, domus Karoliniæ Collega, professor &  
Rector studij Academiæ Pragensis. Die sequente, in quam  
incidit Dominica, quam uocant Septuagesimæ, in æde D.  
Galli Pragæ est sepultus. Peritus inter cetera artium Ma-  
thematics. Illi ea in professione surrogatur M. VVena-  
cesl. Coranda Træbicenus.

XXII. IANV. 44. 11. Kal. Febr.

XXIII. IAN.

45.

10. Kal. Febr.

XXIII, JAN. 46.  
10, Kal. Febr.

XXIIII. IAN.

9. Kal. Febr.

Anno D. 1281. Post occasum Reg. Othocari in bello, &c. Otho Marchio Brandenburgensis, Othocari sororius, Cunegundem relictam uiduam, & VVenceslauum puerum orphanum, regni Boëmiae heredem, tradit custodie: ipse interim rerum in Boëmia potitur. Hagecus.

Anno D. 1466. Circiter horam noctis quintam natus est Ioh. SSlechta de VVſehrd & in Kostelecz, regis VVladislavi E. N. II. Secretarius: Imperante apud Christianos Friderico III. sedente Romæ Paulo II. Pontif. Romann. In Boëmia regnante Georgio Barone de Kunstat: apud Turcas Maumete bellicoso Imperante, qui Palæologo, Imperatori Græciae, uitam cum imperio ademit, & Constantinopolim, nobiliss. Thraciae urbem, orientis Imperij sedem, expugnauit. I. SSlechta m. p. Ephem, suis.

XXIII, JAN.

45.

9. Kal. Febr.

XXV. IAN.

s. Kal. Febr.

Anno D. 1285. Sponsarium celebritas consummatur in Oegra oppido, quò Rudolphus rex Romm. unà cum Gutha filia sua uenit, & Venceslaus rex Boëm. sponsus cum matre sua Cunigunde regina, ijs peractis, Gutha reducitur à patre Imperatore: pòst anno peracto, Pragam solenni pompa mittitur ad Reg. VVencesla. Chr. A. R.

Anno D. 1348. In Boëmia terræ motus hora uesperarum.

Anno D. 1431. Plauua oppidum Voitlandie à Bohemis Thaboritis exuritur. Eodem anno tanta fuit frumentorum uilitas, ut filigo 2. triticum 3. grossis albis, uti uocamus, uenundaretur. m. s.

Anno D. 1537. Georgius quidam Robiczka patrem suum, machæra traiectum, interfecit, id factum in Noua urbe Pragensi, diœcesi Henricensi. Parricida iste meritorum tam atrocis facinoris luit poenas, nimirum rotæ impliatus, anno 1540.

**XXV. IAN.**

50.

s. Kal. Febr.

XXVI. IAN.

514

7. Kal. Febr.

XXVI, IAN.

52.

7. Kal. Febr.

XXVII. IAN.

6. Kal. Febr.

Anno D. 1062. Obiit Adeleta (seu ut alij secundum Orthographiam Germanicam scribunt : Adalhaima) Vratislaui 19. Ducis, & primi regis Boem. coniunx, Andreæ Reg. Vngar. filia, reliquit filios duos : Bratisla-  
uum & Vratislauum : filias item duas : Gutham & Li-  
domillam: Gutham post duxit uxorem Vladislau E. N.  
I. Dux Polon. Crom. in hist. Pol.

Anno D. 1547. f. VI. ante diluculum, post puerperium, (Beutherus 24. d. e. m. habet, sed eo ipso die filiam est enixa,) obiit sereniss. regina Domina Anna (in sacro baptismo appellata Elizabetha) Vladislai E. N.  
II. Vngarie Boemieq; regis filia, Ludouici soror : Au-  
gustissi. Romm. Hungarie & Boemie tunc regis Ferdinandi coniunx : Maximiliani II. mater : Rudolphi II. Romm. Imp. Vngar. Boem. reg. auia : uiduarum, ora-  
phanorum, aliarumq; miserabilium personarum patro-  
na atq; mater pientissima.

### Numerale.

Partu necta cadit Ferdinandi regia coniunx,

Ter nono ut retulit Ianus in alta caput.

Ioh. Balbinus.

Anno D. 1524. Decretæ in Pragensi alijsq; per Bo-  
hemiam Ecclesijs, pro Dei, sceleribus offensi, placanda  
ira, publicæ ad Deum preces atq; supplicationes, item ie-  
junia : quod motus corporum cœlestium (quæ sunt, quoq;  
ut ille ait, linguae cœli) eo ipso anno, suo positu configu-  
rationeq; regnis, prouincijs, statibus, dignitatibus, brutis,  
beluis, marinis, cunctisq; terræ nascentibus, insignem por-  
tenderent

XXVII. IAN.

6. Kal. Febr.

tenderent mutationem, & mutationem quidem talem,  
 qualem à pluribus seculis non uidissent neq; fuissent ex-  
 perti mortales. Et exaudiuit (subiungit Chronologus)  
 supplicantium uota Deus propitius, malaq; impendentia  
 auertit.

*Fata mouere Deus, tollere fata potest.*

*Nec plus fata, hominum quam pia uota ualent.*

Anno D. 1061. Zpigniteus (E. N. II.) Dux Boëm. 18. dum expeditionem in Morauiam aduersus Marchionem Austriae suscepit, obiit: amator patriæ: cognominatus Iustus: sepultus est in Cathedrali Ecclesie arcis Pragensis, quam ipse extruere cœpit: præfuit Boëm. annis tantum 6. Ei succedit VVratislaus frater maior natu.

Anno D. 1256. ut habet Hagecus & Collinianum m. s. (quoniam Cosm. 1259. annotat: ni subsit mensum, 9. pro 6. inuersum scriptione amanuensis) In prima uigilia noctis magna lux orta est in diuersis partibus Bohemiae, quasi per terram transiens: fulgura micuerunt: tonitrua audita sunt. Cos.

Anno D. 1264. magna uis uentorum orta est, quibus impellentibus, multa ædificia, granaria corruerunt in ciuitate Pragensi, & per totum regnum Boëm. multæ etiam arbores in sylvis & nemoribus radicitus sunt euulsæ: fenestræ etiam uitree Ecclesiæ Pragensis confactæ. Cos.

XXVIII, IAN.

5, Kal, Febr.

XXIX. IAN.

4. Kal. Febr.

Anno D. 1510. Illustriss. princeps Georgius, Alberti F. Dux Saxonie, à sereniss. rege Boëm. VVladislauo feudum (quod uocant) in palatio arcis Pragensis suscipit hora 19. Eph. Doct. VIII.

Anno D. 1547. qui fuit dies Dominicus, Illustrissima & piissima princeps, Domina Anna, regina Vngarie & Boëmie, Ferdinandi I. Imper. (ut suprà) coniunx, pompa funebri, nec sine luctu effertur & sepe litur in æde Cathedrali D. Viti arcis Pragensis, honorificè condita in Mausoleo regum Boëmia.

XXIX. IANV. 55. VI 4. Kal. Febr.

XXX. IAN.

3. Kal. Febr.

Anno D. 1030. Izo, V. Pragensis episcopus iam annosus transiit ab hoc mundo, fuit nobilis genere. A capite albo dicebatur Albus atq; blandus episcopus. Huic succeſſit Seuerus, &c. Cos. Vir ille laudatae uite. In aula sua 40. numero pauperes indies suis sumtibus alebat.

Anno D. 1483. Victorinus Cornelius Chrudimensis, à VVſſehrd, in Academia Pragensi renunciatur Philosophiae magister. Vir disertus, Iureq; consultus præstans, Synchronos & sodalis Magnifico Domino Bohuslauo Baroni ab Hasisteina &c. & Ioh. SSlechtæ &c. à secretis VVladislauo regi. Vict. m. p.

**XXX. IAN.****3. Kal. Febr.**

XXXI. IAN.

Prid. Kal. Febr.

Anno D. 1480. Hi & sequentes Februarij dies fuisse  
erunt insolita aëris caliditate insigne, præter eius tem-  
poris anni constitutionem atq; naturam, ita ut herbæ quæ-  
dam crescerent, arbores alicubi gemmas atq; flores pro-  
truderent. Nam & bruma proximè elapsi anni ualde fuit  
tepidæ.

Anno D. 1509. Rex VVladislauus cum filio suo  
Ludouico, qui habebat ætatis tum annos duos cum dimis-  
dio, & Anna filia septenni, uenit Brunam oppidum Mo-  
rauiæ, hora 22: Pragam ad filij inaugurationem profe-  
aturus. Eph. D. Viti.

XXXI. IAN.

Prid. Kal. Febr.

# FEBRVARIVS.

I. FEBRVA.

Kal. Febr.

Anno Domini 1352. ut Hagecus: quanquam aliquot  
mann. scripp. habent: 1362, XI. Iulij: Anna, Karoli IIII.  
Imp. & Reg. Boëm. coniunx secunda, Rudolphi Palatini  
Rheni ex matre de Carinthia, unica (ut Cuspinia:) filia,  
regis VVenceslaui Kar. Fil. mater, mortem obit, sepulta  
in templo arcis Pragensis.

Anno D. 1211. Adela Othonis, cognomento Diuitis,  
Marchionis Misnensis filia, coniunx Præmislai regis Bo-  
hem. (sed ab eodem repudiata) obiit in cœnobio ad ri-  
pam Albis, in qua uitam transegit uidua. G. Fabri. in  
Misnia.

Anno D. 1510. Zedena (quam integrè & Latinè  
Sidoniam dici putauerim) Georgij regis Boëm. fil. Al-  
berti ducis Saxonie uxor, (ducta illi an. 1459. XI. No-  
vemb. Eb.) obit: sepulta in urbe Misna. G. Fab.

Anno D. 1519. ut Hag. m. s. habet 1518. Magi-  
ster VVenceslaus cog. Koranda, Theologus & Professor  
in Academia Pragensi, moritur in domo seu Collegio Ka-  
rolino, an. æ. 95. ut scribit M. Venc. Rozdialouinus,  
ipsius Synchronus. Sepelitur in æde D. Galli, Pragæ. Rex  
Georgius Podebradius eo usus est inter ceteros primario  
Legato, missò Romam ad P.R. Pium II.

(ca Valen-  
Bri. PVR. Blasius Ag. Dor. Febru. Ap. Scholasti-  
Iuli. coniunge tunc Petrum Matthiam inde.

I. FEBR V.

Kal. Febr.

Anno D. 1521. per hos & insequentes dies, flores  
 uiolarum carpebantur: Proxime elapso anno bruma su-  
 pra modum tepida, qualis patrum memoria non extitit.

II. FEBR V.

4. Non. Febr.

Anno D. 1124. Boriboius (Fil. VVratislaui I. Regis Boëm. ex coniuge Suatauua, filia Cazymiri ducis Poloniæ) Dux Boëm. 22. mortuus est. Sepultus Pragæ in Basilica S S. Martyrum Viti, VVenceslaui, Adalberti. Cos.

Anno D. 1241. Nicolao episcopo Pragensi 23. predicante, magna uis uentorum exorta, aërisq; in tantum es obscuratus, ut uix potuissent uultus hominum dignosci: plerisq; in locis Boëmiæ magna uis niuum fuit, qualem non meminerat ea ætas. Cos. Eodem anno Tartari (quos Ioannes de Thurocz, hist. Vngar. mangalos appellat) Poloniam, Russiam uicinaq; circumcirca regiones immannissime deuastabant, facta et in Morauiam excursio ne, ubi à VVenceslauo, E. N. primo. Reg. Boëm. 4. fusi fugatiq; sunt.

Anno D. 1265. filia: cuius nomen neq; Hagec. neq; Pulkawa exprimit: Præmysli alias Othogari (qui Bohemis dictus Hostimil) 5. Reg. Boëm. nata ex Cunegunde Reg. Bulgarorum filia, Belæ R. Hung. nepte, baptizatur in arce Pragensi, presentibus multis proceribus Boëmiæ, Moraviæ, Austriæ, quibus rex instruxit epulum splendidissimum: pro ea, in sacro baptismatis fonte, fidei usserunt Pragensis, Olomucensis et Brandenburgensis antistites.

Anno D 1342. hoc et sequente die, subito coorta resolutione glaciei et niuum, (que altè terram operuerant,) VVltauua flumen, urbē Pragensem præterlabens, magnopere creuit: rupti lapidei pontes ea eluuionis ui, alter Pragensis, alter Drazdanensis, ut Hagecus quidem: nam

II. FEBR V.

4. Non. Febr.

nam G. Fabricius in Annal. urbis Misnæ aßsignat Misnensem, & d. XII. Kal. Aug. Molis, agris, uillis ingens inde est illata uastitas. Scribunt sub id tempus & Danubium uehementer aquis excreuisse. Consecuta hoc anno per Boëmiam est grauis annonæ caritas. Eodem anno in autumno, Chodones, gens agrestis, custos finium Boëmiae, ad saltus Hercinios fuderunt & profligarunt manum Bauarorum, &c. Hag.

Anno D. 1374. (quamuis de die uarent) Ioannes Milicius, illustri familia procerum Boëmiae natus, post presbyter & prædicator Verbi Dei feruentissimus, ex hac uita decedit &c. Fuit, & prædicauit Romæ quoq;  
Scripsit complura.

III. FEBR.

3. Non. Febr.

Anno D. 1438. Sol, dum oriretur, ueluti columnam igneam & sanguineam, supra suum corpus solare longitudine hastæ equestris protensam, ex sece emisit. Quo anno Boëmiae oppidum Thabor (q. d. castra exercitus) à rege Alberto cingitur obsidione, &c. Anno sequente pestis in Boëmia, potissimum per procerum & Nobilium capita grassabatur: quam & cometes antecesis sit: mortem R. Alberto portendens.

Anno D. 1421. Ioannes Zizka à Trocznowa, alias à Calice, supremus dux copiarum Thaborensum, Tachowiam (sex milliaribus à Domazlicio seu Tuſta oppido distam) cinxit obsidione: pòst ab ea, interuentu Cæs. Sigis. re infecta, discedit, cremato præurbio: in itinere capit Dobrissam, Zebracum, VVilstenum.

Anno D. 1449. (quoniam de die uariant) Dominus Memhartus de noua Domo, Purggrauius Pragensis, obiit in Rzitzan prope Aulam Regiam. In Noua Domo sepulchris maiorum suorum illatus. I. Cochlaeus in historia Huss. lib. 10.

65.

III. FEBR,

3. Non, Febr.

III. FEBR.

Prid. Non. Febr.

Anno D. 1016. Pestis grassatur in Boëmia, & Prae-  
gæ potissimum sœuit ab hoc mense usq; ad VII br. tan-  
tumq; eam ipsam exhaustit urbem, ut uix decima pars  
mortaliū ibi mansisset superstes. Domus Pragæ quām  
plurimæ incolis uacuæ. Per id tempus Huldenrichus 16.  
D.B. iubet cædi siluas, circumq; Pragam cremari, ita ut  
piceus ille fumus aërem contagiosum discutiat purgetq;  
Hag.

Eodem anno, cum rusticus quidam familie panem  
diuidideret, aliquoties ex eo sanguis effluxit. Eo prodigio  
bellum portendi existimatur. G. Fabr.

Eodem anno, grandine miraculosa, & fulminibus  
multi mortales interiere. Lambert. Schaffnab.

Anno D. 1253. Bela. 4. Vng. R. incursionem cum  
Hungarorum & Tartarorum (qui & Cumani dicti) ma-  
nu forti in Morauiam facit grauissimam impreßionem,  
uastantq; illi quæq; obuia. Nam Cumani erant crudeliss.  
in omne ætatis genus sœuibant, quosdam in cruces, ludi-  
brio Christi Christianiq; nominis, agebant, templo, tem-  
plorumq; ornamenta sacra paßim diripiebant. Nostro  
exercitui (qui illis sese animosè atq; fortiter opposuit,  
eosq; ex Moravia depulit,) dux præficitur supremus, Ia-  
roslaus à Sterneberga, natus ē clariss. gentis Boëmiæ fa-  
milia, qui Belzeitum exercitus Hung. summum imperat:  
pugnando uulnerauit, ex quo ipse uulnere in uia, dum  
fugam caperet, moritur. Hag.

III, FEBR.

Prid. Non. Febr.

V. FEBR.

Non. Febr.

Anno D. 1311. ut Cuth. & H. & Franciscus. Qui-  
dam mm. ss. uariant uno minus anno, parum rectè: Hoc  
die ( qui fuit Dominicus ) ut habent Chr. A. R. Hagec.  
& mm. ss. ( quidam præcedente, ut Cuspin. annotat )  
Ioan. E. N. I. X. R. B. cum uxore sua Elizabetha in-  
signitur diademate regni Boëmiae ; in arce Pragensi, à Pe-  
tro Aichspaldio Archiepiscopo Moguntinensi, in fre-  
quentissimo regni Boëmiae statuum conuentu. Sacro coro-  
nationis ritu absoluto, rex & regina Pragam ueterem  
proficiscuntur, quorum capitibus erectum quatuor epi-  
stilijs uelum, ( umbellam pensilem recentiores appellant,)  
quasi cœlum rutilans, imminebat, à quatuor dextrarijs  
electis gestatum. Eisdem unà cum toto conuentu Proce-  
rum regni in D. Iacobi ad Franciscanos lautiſſimum epu-  
lum datum. Ch. Aul. Reg.

Anno D. 1527. Ferdinando Caro. V. fra. el. R.  
Boëm. Pragam ad inaugurationem sese conferenti, Pro-  
cerum, Nobilium, Ciuitatumq; Reg. Boëm. Status eunt  
obuiam extra urbem ad pagum Maleſicium, uexillum  
suum ( de constitutione Kar. 111. ) quovis opificum col-  
legio præ se gestante. Ingreditur itaq; Ferd. rex Boëmie  
designatus, in urbem Pragam, Boëm. regni metropolim,  
magna & solenni pompa ſplendide, hoc ipso die, qui fuit  
solis, horam d. circiter 2 3. exceptus, excitata publicè læ-  
ticia campanarum impulſu : Senatu urbb. Pragg. regem  
suum, honorifica gratulatione præmissa, in arcem Pra-  
gensem deducente.

V. FEBR,

72.

Non. Febr.

VI. FEBR.

s. Id. Febr.

Anno 1296. Præmislauus I. rex Poloniæ (cuius fili-  
am, regni hæredem, nomine Richissam, alias Reichsam,  
Boëmis dictam Elizabetham, VVenceslauus, E. N. II.R.  
B. in matrimonium duxit, rexq; Poloniæ anno 1300. est  
designatus) Octavo suscepti regni mense, per insidias in-  
terficitur. Peremptæ uxori, nece sua poenas dedisse putaa-  
tur. Crom.

Anno D. 1504. In urbib. Pragg. ad solem occiduum  
tres irides à plurimis confectæ: earum media stabat ere-  
ctis in altum cornibus, ut uideri solet species Lunæ corni-  
culatæ. Eodem anno, mense Maio, ex Italia in Boëmiam  
uenit Philippus, episcopus Sidonensis, &c.

Anno D. 1577. Corpus D. Maximiliani (12. VIII br.  
codem anno Ratisbonæ piè uita defuncti) Lintzio Pragam  
regni caput, honorifice allatum, in D. Iacobi cœnobio des-  
ponitur.

VI. FEBR.

74

s. Id. Febr.

VII. FEBR.

7. Id. Febr.

Anno D. 999. Boleslaus pius (E. N. II. D. B.  
**XV.** Bolesl. Sæui Fil. Bol. III. XVI. D. B. Pater)  
 moritur Pragæ, præmissa paulò antè, quām moreretur, ad  
 Fil. Boleslauum & Nepp. suos Iaromirum & Vlricum,  
 tum etiam ad proceres, qui præstò erant, pientissima com-  
 monefactione de pietate, timore Dei, iusticia & alijs uir-  
 tutibus &c. colendis. In D. Viti arcis Pragensis sepeli-  
 tur, magno cum plancu atq; comploratione omnium: an-  
 no Ducatus sui 32. ut Cos. & Cuth. nam 31. habet Hag.  
 Pius fuit atq; iustus princeps: religionem Christianam  
 maximoperè auxit & promouit. Vaticinatusq; est de  
 consequentis etatis calamitatibus atq; ærumnis, quæ omo-  
 nia fuse annotauit Cosmas, & ex Cosma Hagecus. Ex  
 Hemma coniuge sua duos filios mares suscepit, VVences-  
 laum, qui in teneris deceßit, & Boleslaum, qui post pa-  
 tris mortem, sedis Ducalis gubernacula suscepit. Cos.

Anno D. 1451. deceßit ex hac uita, M. Petrus Mla-  
 donowicz, Theologus, presbyter, & parochus ædis D.  
 Michaëlis in antiqua urbe Pragensi. Is uitam sancti uiri  
 M. Ioh. Hussij, quæ uulgò in templis legi solet, descripsit:  
 & presens ijs, quæ tum in Concilio Constantiensi age-  
 bantur, interfuit.

76.

VII. FEBR.

7. Id. Febr.

VIII. FEBR.

6. Id. Febr.

Anno D. 1438. Translato Basilea, Ferrariam Consilio: Ioannes Palæologus, Rhomæorum Imperator, unum cum Iosepho Patriarcha Constantinopolitano Venetias adierunt, ad ultimum portum applicantes, illinc post se Ferrariam contulerunt, initaque ibidem unio est Orientalis & Occidentalis Ecclesiæ, Eugenio 4. Rom. Pontifice, Alberto Austriaco Romm. Imp. Boëmorumque rege. Eo concilio istius concordia autores fuisse scribuntur, Bessarion Trapezuntinus, Nicenus archiepiscopus: Isidorus Thessalonicensis, Ruthenorum archiepiscopus, Græcorum in Latinis atque Græcis eius temporis doctissimi. Chalcond.

Anno D. 1515. (Quidam habent 7. d. alijs 15.) Sigismundus cognom. Hulka, Nouæ Pragæ ciuis, lanio, insimulatus proditionis, in circo eiusdem urbis capite truncatur, præteritis, quibus munitus erat, publicæ fidei tabula. Sepultus Pragæ in æde D. Lazari.

VIII, FEBR,

7s.

6, Id, Febr

Anno D. 1321. Iohannes rex, dum equiria exercet, unum oculorum laeditur, ita, ut post eius usu sit destitutus, Pulk. Postea uero (Can. 1340.) alterius quoque oculi usum atque usum priuatur, seu affectione eius uelamentiore, siue, ut a quibusdam scribitur, parum dextra curatione, a quo euentu deinceps et Cæcus est appellatus. Supradicto anno 1321. (Cuth. et Hag. habent 1332.) ipsi Iohanni Reg. Boem. natus est Iohannes Henricus, binominis, pater Iostii (seu Iusti, siue Iodoci,) Procopij, Sobeslavi, Marachionum Morauiensium.

80.

IX, FEBR.

5, Id. Febr.

X. FEBR V.

4. Id. Febr.

Anno D. 1161. VVladislao 26. duce, & 2. Reg. Boëm. Syluester Za zouensis (alias & rectius Sazauensis, à Sazaua fluvio illac præterlabente) monasterij Abbas, & electus 12. episcopus Pragensis, exuit hominem (nisi quod sponte munus illud arduum intra annum resignavit, & ad abbatiam suam rediit) Succedit ei Bozata, electus à VVladislao rege, & episcopo Daniele. Cosm.

Anno D. 1396. Diluculo tonitrua & fulguratanta & tam horrenda prorumpunt, ut à multis crederetur finis mundi: quæ consecuta est congelatio inaudita, tanta equidem, ut homines, oves, aliaq; plura mortua præ frigore inuenirentur. m. f.

\$ 2.

X. FEBR.

4. Id. Febr.

XI. FEBR.

3. Id. Febr:

Anno D. 1252. ut Pulkaua & mm. ss. Cuth. habet  
 1253. Præmyslus, qui & Othogarus, ( R. B. V. ) ducta  
 in matrimonium Margaretha, uidua, Leopoldi, ducis Aus-  
 triæ, dicti Gloriosi, dudum defuncti, filia, Henrici Rom:  
 regis uxore, ( fratribus & filijs superstite, Cuspin. ) cele-  
 brat nuptias in Heinburk. Hag. Humburk ( Cos. Henburk,  
 Pulk. Neyburk, nisi insit mendum, ) dotis nomine per eam  
 asscutus Austriae & Styriam. Cum ea, quod esset infœ-  
 cunda, de consensu Romani Pontificis, facto diuortio, An-  
 no D. 1261. uxorem dicit Cunigundam, Rosislaui,  
 ( Hag. Rostislaui, Pulk. habet Hostislaui ) Ducis Bulga-  
 riæ filiam, Belæ reg. Vngar. nepotem. Nuptiæ mense  
 IXbr. eodem anno Posoniæ regia magnificentia celebra-  
 tæ. Ex hac Cunegunde duas filias, filios uero tres suscep-  
 pit, quorum duo decesserunt impuberes : tertius ( VVena-  
 ceslaus ) patri succedit.

Anno D. 1407. Vilhelmus, Marchio Misnensis &c.  
 ( gener Iosti, siue Iusti, aut Iodoci, Ducis Moraviae, cuius  
 filiam Elizabetham uel Ludemillam habuit uxorem ) è  
 uiuis eripitur &c. G. Fabr.

Anno D. 1566. Homo equestris ordinis, uetusq;  
 Hodeiorum gente, Iohannes senior ab Hodeiowa &c.  
 eruditione & sapientia præstans, olim Proiudex Reg.  
 Boëm. in arce sua dicta Boëmis Rzepicze, literatis Ræ-  
 picium, hoc die, paulò ante occasum solis, piè obiit : anno  
 etatis 73. Mecœnas & fautor Vatum Boëmicorum beni-  
 gniſsimus : nam in Boëmia patria nostra, multò maximam  
 partem studiosorum, ut poëticen colerent, sua liberalitate  
 magnificenciaq;

XI. FEBR.

3. Id. Febr.

magnificentiaq; excitauit. Ræpicij in templo Egidiano  
conditus.

XII. FEBR.

Pridie Id. Febr.

Anno D. 1386. Iagello (qui in baptismate sacro appellatus est Vladislauus) sponsus, dux Lithuaniae, aduenit Krakowiam, ducturus uxorem Hedwigim, reginam Poloniae, uiduam relictam à Ludou. Pol. Reg. sororem Mariæ, quam Sigism. Kar. IIII. Fil. in uxorem duxerat. Hæc est illa regina Hedwigis, que (ut Crom.) Pragæ domum per amplam Lithuaniae siue emit siue condidit, quæ honestis disciplinis operam darent, adiecitq; possessiones, unde illis sumtus suppeditaretur. Academia Cracoviensis ex testamento Hedwigis Regine Poloniae, & cumulatiore liberalitate regis mariti condita est, sub an. 1401. nimirum 47. an. post, quam Gymnasium Pragense à Kar. IIII. Imp. fuisse institutum. Accitos fuisse illuc à rege magistros & doctores ex Academia Pragensi, idem Crom. scribit.

56.

XII. FEB'R.

Prid. Id. Feb.

## XIII. FEBR.

Id. Febr.

Anno D. 1140. Sobeslauus 25. d. B. in pago Chwoa  
geno febre correptus, obit Gosceni uel Gostini. Sepelitur  
Pragæ VVyssehradæ in Basilica DD. Petri & Pauli. Pre-  
fuit Boëm. an. 15. reliquit FFF. Vdalricum, VVencesla-  
uum, Sobeslaum. Ei succedit VVladislauus I. VVladislai  
frater. Cuth. Sobeslauus ille condidit Mysam, oppidum  
Boëmiæ, à flumine Mysa præterlabente sic appellatum;  
patriam M. Iacobi, uulgo Iacobelli, (Theologi & pres-  
byteri Pragensis, Synchroni & socij M. Hussij.) Condia-  
dit item Gorlicum in Lusatia &c. Usq; est perquam  
amico Lothario Iuniore 20. Imp. Romm.

Anno D. 1306. VVenceslauus E. N. III. non cor-  
onatus: eam ob rem à quibusdam in catalogo regunt  
Boëmiæ præterit: (Bo. Re. VII.) Annam, sororem su-  
am nantu maiorem, puellam uirginem, dedit in matrimo-  
nium Heynrico duci Carinthiæ: nuptiæ magno sumtu &  
apparatu, Pragæ in arce celebrantur. Ipse VVenceslau-  
us, cum ageret an. æta. 18. eodem ar. dicit uxorem Vio-  
lam, Ducis Teßinensis (Pulkawa habet Stetimensis) filia  
am. Chr. Aul. Reg.

Anno D. 1510. Rex VVladislauus unà eum Ludo-  
uico rege Boëm. declarato coronatoq; & Anna suis libe-  
ris & heredibus, ex arce Pragensi discedit ad Comitia,  
que in montibus Cuihnis indixit. Inde proficiscitur in Uga-  
riam: atq; ex eo tempore amplius VVladislauum Bo-  
emia suum regem non uidit, nam sex elapsis annis deinceps  
in Ungaria est mortuus.

XIII. FEBR.

Id. Feb.

XIII. FEBR.

16. Kal. Mart:

Anno D. 1393. plures mm. ss. quidam habet 1394.  
 alius 1383. per hos dies (nam ut de anno, ita & de die  
 obitus, nostri annales uariant) Elizabeta relicta uidua,  
 Karoli Quarti quondam coniunx, obiit Reginæ Hradecij,  
 dotali suo oppido, quidam habent Pragæ: mortua defen-  
 tur Pragam, inferturq; tumba Karoli IIII. De coniugis  
 bus K. 4. in eadem tomba sepultis ita Martinus Cuthenus  
 Boem. (Singuli autem uersus comprehendunt annos obi-  
 tus.)

C A R O L V S hac Quartus molli retinetur im urna:  
 Hunc mœret iuxta, uultu pia B L A N C A uenusto:  
 Palatina prope hos moriens se collocat A G N E S:  
 Carole, & hic tua te uitâ manet A N N A peractâ:  
 Exuuiæ fortis claustro hoc tumulantur E L I S S A E.

Anno D. 1457. Ad Pragam VVltava magna elu-  
 sio, etiam Zatecij Oegra pontes atq; molas destruxit,  
 longè lateq; sese effundens: aggeres aliquot piscinarum  
 ea inundatione ruptæ.

Eodem anno, M. Maio, Georgius à Podebradio (quem  
 AE. Sylvius Poggiebratum uocat) & Cunstato, regni  
 Boemæ Gubernator, educit copias aduersus Ioannem Col-  
 dam, &, ad urbem Nachodam prælio commisso, plurimi  
 utrimq; desiderati. Inter ceteros è Podebradianis fortiter  
 dimicans cæsus est strenuus Eq. Ord. præclaræq; uirtu-  
 tis uir N. Czastolarus &c. Dess. F.

Anno D. 1556. V. cl. uirtute & eruditione ex-  
 cellens, singulari quoq; grauitate & eloquentia prædi-  
 tus, M. Nicolaus Artemisius, notarius, ciuis, & Senator  
 Rei publicæ Zatecensis, in eadē urbe ex hac vita decepit.

XIII. FEBR.

90.

16. Kal. Mart.

XV. FEBR.

15. Kal. Mart.

Anno D. 1228. Rex VVenceslaus electus, F. Fransysli, per Archiepiscopum Moguntinensem Sifridum, una cum Cunegunde uxore sua coronatur. m. f. Erhard.

Anno D. 1288. obit Henricus Marchio Misnensis, &c. cuius secunda uxor fuit Agnes Boëma &c. G. Fabr. in Misnia.

Anno D. 1368. consentientibus omnibus, quos quidem uidi, annalibus domesticis: Sigismundus Kar. IIII. ex Elizab. F. Iohan. Reg. nep. Henr. V II. Rom. Imp. pron. nascitur Pragæ: Vngar. Boem. Rex, Rom. Imp. P. E. habet 28. lunij, anno 1367.

XV. FEBR.

92.

15. Kal. Mart.

XVI. FEBR.

93.

14. Kal. Mart.

Anno D. 1509. migravit ex hac uita, M. Ioannes de Opoczna, Pragensis Theologus & presbyter: uir pius, bonus, honestus, liberalis: sequente die in coemiterio pagi Proscy, ut ipse uoluit, sepelitur, magna hominum frequentia. Ipse suo sumtu adolescentiae literariae scholam Prague ad D. Petr. de nouo erexit & extruxit. Templum Petrum structura testudinis cameratae ornauit: templi insuper tectum lapide siliceo stravit: honesto sui, hac in parte, relicto ad posteritatem monumento.

Anno D. 1545. Obiit Iacobus Proskoresky à Proskowicz, Baro liber, antiquae nobilitatis & uirtutis uir.

XVI, FEBR,

94

14, Kal. Mart.

XVII. FEBR.

13.Kal.Mart.

Anno D. 1140. VVladislauus ( primi VVladisl. filius) XXVI. Dux, deinceps & rex Boëmia, à Sobeslauo 25. & statibus Boëm. electus, à Conrado III. Rom. Imp. confirmatus, sumit gubernacula Ducatus Boëmia: quo ipso anno Otho Capituli Pragensis Präpositus, eligitur Pragensis Ecclesiæ episcopus, numero 12.

Anno D. 1509. VVladislauus rex unà cum filio suo Ludouico, iam declarato rege Hungariae, & Elizabetha Anna filia, Vngarorum, nec non aliorum processum, &c. frequente coq; splendido stipatus comitatu, uenit Pragam: Nec multò post filij coronatio, in basilica D. Viti Arcis Pragensis solenni ritu instituta atq; peracta est.

**XVII. FEBR.** 96. **13. Kal. Mart.**

XVIII. FEBR.

12. Kal. Mart.

Anno D. 1127. ut quidem habent Pulkawa & Cui  
thenuis: 1126. ut Cosmas, & Hagecus, Lotharius Impera-  
tor, Othonis, Ducis Morauiae, Swatopluci fratri, impula-  
su, expeditione facta in Boëmiam, & usq; ad Chlumecia  
um uicum profectus, funditur fugaturq; , desideratis eius  
ex parte paulò minus 500. interq; illos Othone, qui istius  
fuit fax belli.

Anno D. Maximilianus, Ferdinandi, Vngarie,  
Boëmia, Rommq; Regis F. primogenitus, Archidux Au-  
striæ &c. in arce Pragensi designatus est rex Boëmia.  
Postridie, qui fuit D. concordiae sacer, eius electionis, pu-  
blico omnium uoto, facta est declaratio.

### Carmen eteostichon.

Auctus ubi es sceptri titulo, Aemyliane, paterni,  
Fcbrua lux cœlis nona bis, orta stetit. Ioh. Balbinus.

XVIII. FEBR.<sup>99.</sup>

12. Kal. Mart.

XIX. FEBR V.

I I. Kal. Mart.

Anno D. 969. Iohan. 13. Pont. Rom. 69. Othonē L.  
 Imper. Adalbertus ( nonnulli Adelbertum uocant : nobis  
 lingua patriâ VVoytiech siue Boytiech: Polonis Boycech,  
 et pro usurpato, dicitur ) à Boleslawo Pio eligitur episcopus Pragensis, numero secundus.

Anno D. 1296. nascitur ex Gutha siue Iuditha coniuge regi VVenceslauo II. filia Margaretha.

**XIX. FEBR.**

II. Kal. Mart.

101.

XX. FEBR.

10. Kal. Mart.

Anno D. 1486. Maximilianus-I. Archidux Austriae, Caroli & Ferdinandi parens, Maximiliani II. auus, Rudolphi II. Imp. proauus, declaratur Romm. & Germanie rex. I. Sambucus. M. Beutherus ex Stofflero 16. diem h. m. annuat.

102.

XX, FEBR.

10, Kal, Mart.

XXI. FEBR.

9. Kal. Mart.

Anno D. 1419. Sigismundo Vngariæ rege, Romann. Imp. Boëmiæ uero interregni anno primo, Thabora Boemæ oppidum conditur. m. s.

Anno D. 1420. Thaboritæ Vstiam, oppidum Domini Sezemæ, non procul à Thabora situm (cuius nunc adhuc quædam rudera spectantur) sub diluculum acquirunt & capiunt, hominibus inebriatis post choreas & alia solatia isti tempori consueta (nimirum ultima Bacchanalium nocte) soporatis, & secure dormientibus, moxq; ueritatis æmulos tam seculares, quam spirituales captiuant, &c. Chr. M. L. Inuadunt urbem, somno uimoq; sepultam. Virg.

Anno D. 1553. Obiit magnificus Dominus Ioh. Leo, D. Adami Leonis fil. de Rozmital & Blatna, Sereniss. Ferdinandi Boëm. Regis dapifer.

**XXI. FEBR.**

**104.**

**9. Kal. Mart.**

XXII. FEBR.

s.Kal.Mart.

Anno D. 1348. Obiit Blanca, regina Boëmiae, prima Karoli IIII. uxor. In arce Pragensi, æde D. Vitise, pulta est.

Anno D. 1440. Ladislaus, Boëmiae rex, Alberti II. Romm. Boëmiaeque Reg. fil. sed posthumus, Sigismundi nepos, Karoli IIII. pronepos, nascitur in castello Comaro nocte sequente diem 21. Febr. Ephem. SSind. Sylvius. Cuspitia: Beuth.

Anno D. 1471. M. Ioh. Rokyczanus, sic à patria sua Rokyczana oppido Boëmiae appellatus, electus archiepiscopus Pragensis, placide obdormiuit in Domino. Seepultus in æde Mariana, ante Lætam Curiam dicta. Annum et diem obitus eius maiores nostri memorie caussa hoc uersiculo comprehendenterunt.

Acceptus Petro murus, clarus Rokiczana.

Rex Georgius, quum de Rokyczani morte accepisset: Nos, inquit, breui ipsum sequemur, sicutque ista regis uox ominosa. Nam hic illi uix unum mensem superuixit.

XXII. FEBR.<sup>106.</sup>

3. Kal. Mart.

XXIII. FEBR.

7. Kal. Mart.

Anno D. 1416. (is tum fuit dies Dominicus) sub auroram, quibusdam in locis Boëmiae pluit niue sanguinea, quâ ad altitudinem unius digiti, terra fuit adoperta, cruentum cœli, imò Dei indicium tempestatum, motuumq; bellicorum, qui non multò pôst, maxima sanguinis humani profusione, exundarunt in Boëmia.

Anno D. 1487. nocte hunc diem sequente, turris aræ Carolosterie incendio corripitur: sed flamma citò restincta.

Anno D. 1557. Matthias Archidux Austriae, Maximiliani II. F. nascitur Viennæ Austriae.

### Numerale.

Principe Matthiâ erat nato ut gauisa Vienna,

Tunc uelox lances Cynthius axe petit. D. Crinitus.

XXIII, FEBR.

7. Kal. Mart.

XXIIIIL FEBR.

6. Kal. Mart,

Anno D. 1443. nascitur Matthias Corvinus, Vn-  
gariæ rex, Georgij Boëmiæ regis gener.

Anno D. 1500. Alexandro 6. Pont. Romm. Maxi-  
myliano I. Romm. & German. Imper. Ludouico 3. Gal-  
liarum : Ferdinand Magno Hispaniarum, VVladis-  
lawo Vngariæ & Boëmiæ: Ioh. Alberto Poloniæ regg-  
g. Baizete Turcorum Imp. CAROLVS V. Romm.  
Imper. &c. Ferdinandi Vngar. Boëmiæq; Reg. germanus  
frater, anno intercalari, nascitur Gandaui, quæ urbs est in  
Flandris.

### Numerale anni & diei.

Sena quater lēto Februī lux constitit astro,

Gandaui ad cunas, Carole Quinte, tuas.

I. Balbinus.

Anno D. 1527. Qui tum fuit dies Dominicus, Fer-  
dinandus I. Infans Hispaniarum, Archidux Austriæ, Ca-  
roli Imp. germanus, regis Ludouici sororius, Pragæ in  
Cathedrali D. Viti templo arcis Pragensis maxima cum  
domesticorum tum peregrinorum, utriusq; status ordi-  
num frequentia, solenni ritu, diademate regni Boëmiæ in-  
signitur, rex Boëmiæ, numero 19.

### Numerale anni.

Rex Fernande, tuis statuunt te fata Boëmis.

M. Cuthenus.

### Numerale anni & diei.

Sena luce quater februo splendente reuecta,

Fernandus Pragæ regia sceptra capit.

Ioh. Balbinus.

XXIII, FEBR.

6.Kal.Mart,

Anno D. 1530 Carolus V, Imp. Romm. S. A. Bo-  
noniae (quæ & Felsina) à Clemente VII. Pont. Romm.  
coronatur.

## Numerale.

*Carolus Imperij, Felsina, insignia fortis,  
Oculo ter februa luce nitente tulit. Ioh. Balbinus.*

XXV. FEBR.

5.Kal.Mart.

Anno D. 1260. hoc die Cosmas: Kal. Martijs Hægicus habet: Homines seminudi in ciuitatem Pragensem aduenerunt, sub quadam religione, seu potius hypo-crisi poenitentiam agentes per Ecclesias multas: bis per diem sua corpora flagris dilacerabant; erant, qui illos cum cereis & uexillis præcedebant. Excedere eosdem Ottogarus suo regno atq; terris mandat. In Germania, ad Rhenum potissimum, igni concremantur. Cos. Inuentum apud eos est in capsulis sub uestibus multum auri & argenti, quod sub colore pietatis in Boëmia atq; alibi corraserant. Eodem anno istos flagelliferos seu plagi patidas & Misniam peragrasse scribit G. Fabricius.

Anno D. 1476. Solis eclipsis ingens mane, Consecuta sunt bella Matthiæ regis, &c. Agmina locustarum in Boëmia: mors Iohannæ reginæ. Item, Cracoviæ insigne incendium.

Anno D. 1527. Anna (cui tamen in sacro baptismo Elizabeth. nomen maternum fuit inditum) VVladisla-wi Vngariae & Boëmiæ R. filia, Ludouici I. soror, Ferdinandi I. coniunx, Pragæ in æde D. Viti, regio diadema te coronatur.

XXV. FEBR.

5. Kal. Mart.

XXVI. FEBR.

4. Kal. Mart.

Anno D. 1481. Czigani ueniunt Pragam: manent aliquandiu in Noua urbe Pragensi. Id genus hominum recte & uerè G. Fabr. appellat erroneum & maleficum: stellionatui atq; libidinibus deditum.

Anno D. 1507. Ludouicus VVladis, regis F. admodum puer, ab ordimib; Regni in arce Pragensi eligitur rex Boëmiae.

XXVI. FEBR. <sup>1141</sup>

4. Kal. Mart.

XXVII. FEBR.

3.Kal.Mart.

Anno D. 1492. Per hos & in sequentes dies in Boëmia extiterunt uehementissimi & insoliti uentorum flatus: alicubi subruerunt ædificia: multis per oppida, castella, pagos illatis detrimentis.

Anno D. 1497. f. 2. post Oculi, VVladislaus rex ex Vngariæ Buda uenit Pragam, maximo & splendido episcoporum, ducum, procerum, legatorum, uariarum nationum stipatus comitatu. Per id tempus D. Viti Cathedrale templum ditat munificentissime.

116.

XXVII. FEBR.

3. Kal. Mart.

**XXVIII. FEBR.** Prid. Kal. Mart.

Anno D. 1482. Venit ex Italia in Boëmiam Augustinus episcopus Sancturiensis ex oppido Mirandula, quod est in Italia Comitis Galeotæ. m. s. Ac in oppido Piseca, quò primū diuertit, die sacro Paschatis (quod in 4. April. incidit) sacrum celebrat. Ordines sacros deinceps confert: integrum cœnæ Domini Sacramentum plebi utriusq; sexus administrat.

Anno D. 1497. Amplissimus urbi Pragensium Senatus unà cum aliarum ciuitatum Boëmia legatis, 16. Scyphos, affaberrimè partim ex auro partim argento factos, Vladisl. regi, suo rerumq; publicarum Boëmia nomine honorarium munus offerunt.

Anno D. 1506. Mensis hic caliditate mirifica constitutionem suam exceſbit: frigus & gelu tum multum: nebulæ crebræ: irides insolitæ conspectæ, grassabatur anno proximè sequente per Boëmiam morbus popularis. m. s.

T R I S.

XXVIII. FEBR. Prid, Kal, Mart,

# MARTIVS.

I. MARTII.

Kal. Martij:

Anno D. 1130. Obiit VVaczlaus, dux Morauisensis, totius Christianitatis pater, & clericorum amator.  
Cos.

Anno D. 1348. hoc die, ut annotat Franciscus Canonicus Pragensis, qui tum uixit: (quidam mm. ss. habent 25. e. m.) à Carolo IIII. (Imperatore & rege Boemiae) fundatur Noua urbs Pragensis, quam ipse Carolus ciuitatem Karoli appellatum iri uoluit.

Epigramma ænigmaticum Davi-  
dis Criniti.

P recipuos Troas quot funere mersit Achilles:  
R egia quot Furias Ditis auara fouet:  
A trides Phrygiam ratibus quot terruit urbem:  
G orgoneæ quot sunt signa corusca feræ:  
A ccipe tot, lector, septennia: tresq; Decembres,  
N eratio excedat temporis, inde seca:  
O buia prouenient post natum tempora Christum,  
V rbs Praga dum cœpit nomen habere nouum.  
A c magis inceptæ quo gloria cresceret urbi,  
F V N D A T V R dextra, Carole Quarte, tua:

(Cyr.

Martius Translatio decoratur Gregori Lon.  
Gertrud. Alba. Bene. iuncta MAria genitrice.

I. MART.

Kal. Mart.

Anno D. 1456. Calixto III. Pont. Romm. Friderico III. Arch. Austr. Imper. Romm. Ladislao Vngar. & Boëm. Kazimiro Poloniæ reggg. Mahomethe II. Turcor. Imper. VVladislaus ( exteri Ladislaus minus recte scribunt ) Kazimiri reg. Pol. F. Vngar. & Boëm. rex, nascitur.

II. MAR.

121.

6. Non. Mart,

II. MAR.

122.

6. Non. Mart.

III. MART.

5. Non. Mart.

Anno D. 1367. Per hos & sequentes dies extitit in-  
gens alluuiio Vltauæ Pragensis fluuij, qui longè lateq;  
se se extra alueum effudit, in tantum, ut D. Aegidij platea  
esset nauigabilis, & aquæ eluuio ad alterum usq; limen  
templi D. Nicolai pertingeret: damna ea exundatione  
illata sunt plurima.

Anno D. 1458. Georgius Podebradius Victorini  
F. à Cunstato, Baro Boëmiae, in frequentissimo ordinum  
regni Boëmiae conuentu, præsentibus etiam complurimis  
exterorum regum atq; principum legatis, unanimi sta-  
tuum suffragio atq; consensu electus, (contrà, quām Syl.  
& Munst. affectu scribunt) horam circiter 17. in præto-  
rio maioris urbis Pragensis declaratur rex Boëmiae nu-  
mero 14. publica hominum gratulatione atq; læticia ex-  
citatâ: gratiæ Deo per templa actæ. Hag. Cuth. &  
mm. ff.

Anno D. 1518. Nascitur Dominus VVenceslauus  
ab Hasmburgk &c. Baro Boëmicus.

III. MAR.

5. Non. Mart.

III. MAR.

4. Non. Mart.

Anno D. 1515. hoc die, ut colligere est ex Kalendario, (quidam habent II. Martij, parum recte) Brixia, opuspidum Boëmiæ, ignis incendio funditus conflagravit: ultra 400. hominum utriusq; sexus ibidem extincta.

Anno D. 931. ut Cos. (nam Hagecus 932. habet) corpus VVenceslaui, beati martyris, (Ducis Boëmiæ XI.) ex templo Boleslauensi in basilicam D. Viti Praagam transferitur. Vnde festum Translationis in Ecclesia Pragensi.

Anno D. 1263. Præmyslus rex, collecto grandi exercitu diuersarum nationum, expeditionem suscepit in Vngariam aduersus Belam & Stephanum reges, qui pacem pridem factam uiolauerant. Cos. Quidam habent annum 1260. alij 1264. nonas Martias.

Anno D. 12 :: Regi VVenceslao II. ex Gutha siue Iuditha, nata est filia eiusdem nominis. Cos.

III. MAR.

4. Non. Mart.

V. MAR.

3. Non. Mart:

Anno D. 1556. hora 9. noctis, flamma cometæ ars  
fit. M. S. quanquam sunt, qui ante 5. & 4. d. Martij ui-  
sum in Boëmiæ plerisq; locis fuisse scribant.

Numerale, primo versiculo.

*Lethalis croceo fulget pallore cometes:*

*Ostentum petit hoc te, Leo, Roma, Caper, Mart. Cuth.*

V. MAR.

3. Non. Mart.

VI. MAR.

129+

Prid, Non, Mart,

**VI. MAR,**

+130+

Prid. Non. Mart.

VII. MAR.

Nonis Mart.

Anno D. 1493. Sol defectum passus. Eodem anno  
 & die, Pragæ, in domo Smerhouia deceſſit ex hac uita  
 Augustinus Sancturiensis, episcopus Pragensis. Sepultus  
 in templo Mariano (ante lœtam curiam appellant) circa  
 baptisterium, hora completorij.

Anno D. 1514. Vir nobilis & eruditus Gregorius  
 de Gelenia, cognomine patrio dictus Hrûby, natione  
 Boëmus, pater Sigismundi Gelenij Viri Clariſſimi, obiit.  
 Conuerſit ex Latina in Boëmicam linguam, Francisci Pe-  
 trarchæ de remedio aduersæ fortunæ, qui liber extat ty-  
 pis excusus. Item Encomion Morie Erasmi, & Mag.  
 VVenceslai Pisceni diſputationem de Communione sub  
 utraq; , uti uocant, ſpecie &c. quæ habentur manu ſcri-  
 pta, unâ cum eiusdem Gregorij commentario, lectu non  
 indigna.

VII. MAR.

132.

Non. Mart.

VIII. MAR.

S. Id. Marc.

Anno D. 1267. Guido Cardinalis, apostolice sedis legatus, Pragam uenit, & accepit à clero C. L. marcas argenti pro expensis, & eodem anno Viennæ concilium celebrauit. m. s.

Anno D. 1464. Mandato Georgij regis, patris, in urbibus Pragensibus, aliaq; per oppida Boëmiae sunt persacta iusta seu exequiae Catharinæ reginæ Hungariae, Matthei regis uxori, Georgij regis filiæ.

Anno D. 1198. Præmyslaus, consentiente Philippo Imp. coronatur Boëmia rex, numero III. Pulkawa.

134.

VIII. MAR.

s. Idus Mart.

IX. MAR.

7. Id. Märt.

Anno D. 1512. post horam 23. Coruscatio cum tonitru inter ningendum audita: turris Alba inter pontes in arce Pragensi fulmine iacta: sed incendium citò restinatum, citra turris detrimentum; timore magno inde perculsi attonitiq; mortales.

Anno D. 1369. qui fuit dies sacer Cyrillo & Methodio, apostolis Boëmia, placide obdormiuit in Domino Venerabilis presbyter Conradus, Cononicus regularis, celebris in arce & urbe Maiore Pragensi concionator. Sepultus in porticu ædis Tynensis, Pragæ. Vir eruditus & disertus: Synchronus Ioh. Milicij. Scribit alicubi Husius, hunc Conradum diuinitus fuisse excitatum, ut moneret pios, quò deordinationes monasticas, quæ admitterentur in coenobijs, deuitarent.

Anno D. 1561. VVenceslaus Archidux Austriæ, Maximiliani II. Imp. F. nascitur in Noua ciuitate Austriae.

### Numerale.

Apricas fatus est tunc Venceslaus in auris,  
Martius ut nona fulsit ab axe uice. D. Crimitus.



Anno D. 1526. hoc die & in sequentibus, decreto  
Senatus Veteris & Nouæ Pragæ, quæ non multò ante  
(an. 1518.) unione facta, in unum unius Reipublicæ cor-  
pus coagmentatæ fuerunt, Curia Nouæ urbis Pragensis  
de nouo struitur, & elegantioribus ædificijs exornatur.

Anno D. 1281. Obiit beata Agnes, Præmysli regis  
filia, puella uirgo, fundatrix ordinis cruciferorum cum  
stella, Pragæ in pede pontis, & monasterij S. Francisci,  
quæ tandem ordinem S. Damiani & regulam, S. Claræ  
amplectens, in eodem monasterio ad annos 46. cum 100.  
uirginibus, usq; ad mortem Christo Domino sedulum ex-  
hibebat officium. Fulgebat linguis 76. ut patet in eius le-  
genda. Hæc ex m. s. Francisci Canon. De tot linguis fides  
penes autorem esto. Mendum subest non dissimulandum  
in Bibliotheca C. Gesneri, quod pace tanti uiri dixero,  
ubi pro Agnete (Angela) uirgo legitur, ut (Raimundi)  
pro Præmyslai Bohemorum regis filia. Item ibidem: Cor-  
pus eius in (Carmelitarum) pro: Franciscanorum mo-  
nasterio conditum est.

Anno D. 1503. Paulo II. Pont. Romm. Maximya-  
liano I. Roman. Imp. VVladislao III. Hungar. & Bo-  
em. Ioh. Alberto Poloniæ: Ferdinando magno Hispaniar.  
Ludouico III. Franciæ regg. F E R D I N A N D U S  
I. Archidux Austriæ, &c. Vngariæ & Boëmia rex,  
Romm. Imp. &c. patre Philippo, matre Iohanna, diei  
louis hora 10. nascitur in regno Castiliæ Modinæ (quam  
quidam Mondinam, alij Modonam, Beutherus Medinan:  
B. Ioh. Herold. Methymnam appellat) in campo Gotho-

X. MAR.

6. Id. Mart.

rum nominatissimo sitam, uetustissimum Ebuleorum fōrum, & toto orbe notissimum emporium, mercatoribus propter preciosissima omnis generis mercimonia, propter Lusitanorum aromata refertissimum & celebratissimum, ut idem Heroldus scribit.

## Numerale anni.

Hesperia Eoē genti prognate Modina &c. Mart. Cuth.

Ioan. Balbinus, praeceptor in puericia noster, 12. huius mensis diem annotauit. Eteostichon eius sic habet:

Rex ubi Castiliæ Fernandus nascitur orbi,  
Aurea uelligeri cornua Phœbus adit.

Anno D. 1124. Boriboij Ducis Boëmiae 22. (qui exul in Hungaria mortuus est 4. non. Febr.) corpus hoc die (Cosmas habet pridie id. Mart.) hoc anno tum laetabente bissextili, in basilicam S.S. S. Viti, Adalberti, VVenceslai, in arce Pragensi, translatum, ibidem honorifice sepelitur. Cos.

Anno D. 1372. hora diei quasi tertia, natus est Pragæ Karolo IIII. ex Elizabetha uxore IIII. filius.

Anno D. 1509. (qui fuit dies Dominicus, uulgo Ocubli) Pio IIII. Pont. Romm. Maximyliano I. Rom. Imp. Ludouico III. Galliarr. Ferdinando magno Hispan. VVladislauo III. Hungar. & Boëm. Sigismundo Poloniae reggigg. Ludouicu VVladislai regis filius Pragæ in basilica D. Viti horam inter 15. & 16. regio diademate cinctus, regno Boëmiae inaugurator, praesente patre rege, & magna omnium ordinum frequentia. Eiulatum ea in pompa emittit, quod ominosum sapientes putabant, iudiciumq; eius regis fortunæ tristis, atq; occasus (ut postea fuerunt docuit) flebilis.

Natiuitatis. Numerale. Coronationis.

Ante diem natus: patrijs puer ardet in armis. M. Cuthen.

XI. MAR.

5. Id. Mart.

XII. MART.

4. Id. Mart.

Anno D. 1272. Pons Pragensis violentia & impetu  
aquarum irruentium rumpitur dissoluiturq;. Nam non  
multò antè VVltauæ Pragensis fluminis inusitata extitit  
inundatio, solutis uidelicet niuibus hybernis, & accedens  
te ad cam uim aquarum pluuiia frequenti.

142.

XII. MAR.

T. 14. Id. Mart.

XIII. MAR.

3. Id. Mart.

Anno D. 823. Vogeno, 4. Boëm. Duce, mandante, Praga metropolis, seu, ut ille Græcam uocem reddit, urbis Boëmiae mater, ædificando dilatatur. Maceriem mœnium ipse princeps una cum proceribus suis dimetiri: loca quoq; fossis apta monstrare non est designatus.

Anno D. Hoc & sequentibus diebus per Boëmiam nebulæ suborietur longè densissimæ, ita ut de die hominum conspectus per eam eriperetur: fœtor inde grauis progignebatur. Hæc consecuta est ingens subitaneaq; pestis.

Anno D. 1372. filius Caroli IIII. Imp. per sacrum baptisma inseritur Ecclesiæ. Nomen infanti paternum imditum Karolus: sed tres menses non superuixit.

Anno D. 1509. Ampliss. Rerumppp. Pragensium senatus una cum cæteris ciuitatum Boëmiae legatis, Ludouico regi recens inaugurate uasa argentea & 1. numero, eleganter fabrefacta, obseruantæ, obsequijq; cauſa munus honorarium offerunt.

Anno D. 1516. VVladislaus Vngariæ Boëmiaeque rex 17. Ludouici & Annae parens: nocte hanc diem præcedente (ut Iohan. SSlechta, secretarius eius, annotauit, Item I. Curæus.) placide obiit Budæ, sepultus in Alba Regali. Praefuit regnis Boëmiae 45. Hungariæ 26. ann.

XIII. MAR.

144.

3. Id. Mart.

XIII. MAR. Prid. Id. Mart.

Anno D. 1060. Spitigneus Dux (per hunc & in sequentes dies labore ædificandi suscepio) sacras D. D. Viti & Adalberti in arce Pragensi ædes, ut in posterum multò essent, quam antea, populi capaciores, in unum templi corpus coagmentat, & amplificat. Porro annos fatales templi arcis Pragensis, D. Vito dicati, Mart. Cus thenus his uersibus numeralibus comprehendit:

Venceslaus fundat Latio hæc sacraria Vito,  
 Quæ prece, sancte, pia Lætus, VVolfgange, dicasti.  
 Spitineus profert lapsi pomœria fani:  
 Hoste furente uorax quæ cum uasta uerat ignis,  
 Cecus Ioannes opus hoc extruxit, & ipsum  
 Carolus excoluit uario rex munere & auro:  
 Hæc uiolat postquam Vulcanus cuncta seuerus,  
 Læsa reformantur, Fernando regna tenente.

Anno D. 1523. Ludouicus rex in præsentia trium  
 Ducum, & legatorum Imperatoris, in Maioris urbis Pra-  
 gensis Curia, creat Senatum ex utraq; urbe indifferenter  
 allectis eō personis: quum non multò antè, Iudices atq; Of-  
 ficiales, uti uocant, inclyti regni Boëmiae creasset. Biduò  
 post Praga in Hungariam proficiscitur.

Anno D. 1524. Pragenses de suorum Priuilegio-  
 rum iure ipsi ex suæ Reipublicæ corpore lectum, creant  
 sibi Senatum.

**XIII, MAR.****Prid. Id. Mart.**

XV. MAR.

Idibus Márт.

Anno D. 812. Decretum à VVogeno statibusq; Ducatus Boëmiae gestumq; est bellum in Rohouicium VVerouicensem : qui legatum Ducis, capto eo atq; obtruncato, nefariè uiolauit.

Anno D. 1420. Sigismundo rege & Imp. in ciuitate VVratislauensi, pro tunc existente, Ioh. de Praga dictus Krasa, magnus ueritatis Christi Zelator, per legatum pape Ferdinandum, episcopos certos, doctores, magistros, cæterosq; prælatos ac religiosos, ad mortem acerbissimam est sententiatus impiè, iniustè, & iniquè. Per ciuitatem equis tractus, ignis consumitur uoragine. Chrott.  
M. L.

JAS.

XV. MAR.

Idi, Mart,

XVI. MAR.

17: Kal. April.

Anno D. 1400. Sophia, Ioannis ducis Bauariae filia, VVenceslai Romm. & Boëmia regis uxor, coronatur in arce Pragensi ad aram D. Viti: præsentibus ei inaugurationi ante alios Sigismundo rege Hungarie, lodoaco Marchione Morauiæ: N. Purggrauio Noribergensi, VVenceslao Patriarcha Antiocheno: VVolframo electo in metropoli Pragensi archiepiscopo: Ioan. episcopo Lithomyslensi: ad hæc comitum, procerum, magnatum, & totius regni Boëmia ordinum maxima frequenter.

Anno D. 1485. Tetra fuit ferè totius corporis solaris eclipsis, à 22. usq; ad 23. horam: Sol tenebris osus, interdum quasi sanguinolentus. Excitata sub Augustum post sunt in Boëmia uentus, pluua, procellæ, tonitrua. Anno sequente Albertus Brandenburgensis Achilles Germanicus moritur: anno altero Max. I. Imp. Brugis capit, &c. Matthias rex Viennam expugnat &c. M. Laurentius in Academia Pragensi Mathematicus & professor dixit, eius eclipseos effectus uix dum in 16. annis finitum iri. m. f.

150.

XVI. MAR.

17<sup>t</sup> Kal. April.

XVII. MAR.

16. Kal. April.

Anno D. 981. Adalbertus Episcopus Boëm. ingreditur iter, Roma redditum parens in Boëm. comitantibus ipsum sex fratribus. (notitia Hagecius recenset) Mense Iunio ueniunt Boëniā Milauicum, qui pagus non integrum milliari distat à Tustasue Domazlicio oppido.

Anno D. 1254. Præmyslaus, hæres regni, ex Austria in Boëniā rediens in sedem regni sui, receptus est honorifice.

Anno D. 1361. hoc die nascitur Karolo IIII. Imp. filius Venceslauus, Boëmiæ rex, & patri in Imperio successor; idq; Noribergæ, quæ imperij est urbs, senatus maiestate, artificum & negotiatorum frequenti splendore, & militari prudentia felix, ut ait B. Ioh. Heroldus. In annotatione huius diei natalis sequimur annales Noribergensium. Cusprianus, Eberus, Peucerus, Beutherus habent 28. Septembris. Nostri quoq; Chronologi mirè inter se uariant. Quidam 23. alijs 25. alijs 26. Febru. Cuthenus quartam Martij annotat: quo tamen die Hagecius infans baptissatum fuisse scribit.

Anno D. 1516. VVladislaus Hungariae & Boëmiæ rex, in Alba Regali, ubi antiquitus habetur Hungariae regum sepultura, conditur.

Anno D. 1534. Obiit Pragæ magnificus D. Adalbertus de Pernestain &c. Baro Boëmicus.

Anno D. 1420. quæ fuit quarta Dominica Quadragesimæ, uulgò Lætare, de mandato legati Papæ Ferdinandi, Episcopi Lucensis, pro tunc VVratislauje cum Sigismundo Imperatore existente, cruciata Martini Papæ

152+

XVII. MAR.

16. Kal. April.

V. contra Boëmos Christi ueritatum Zelatores, ueluti  
contra hæreticos pertinaces, in Cathedris prædicatorum  
per eosdem est proclamata. Chr. M. L.

153.

XVIII. MAR. 15. Kal. April.

Anno D. 963. Boleslauus Dux ab Othono Imperatore Ratisbonam citatur, uti præsens ibi compareat, seque Imperatoris beneficiarum profitetur: quod cum iste neglexisset, bello, quo postea Cæsar Ducem Boëmiae persuecebatur, occasionem præbuit.

Anno D. 981. ut Cos. habet: 983. Hagecus: piè obiit Slawnico dux, S. Adalberti (secundi Boëmor. episcopi) pater. In domo illius honesta fulgebat & sincera dilectio, iudiciorum rectitudo, & procerum multitudo. Atq; ipse quam diu uixit, feliciter uixit. Cosm.

Anno D. 1271. Nascitur D. Gutha regina Boëmiae filia Rudolphi Romm. Imperatoris, Venceslai incliti regis Boëmiae coniunx: cœnobij Aulæ regiæ mater. Chr. A. R.

XVIII. MAR. 154.

15. Kal. April.



155.

XIX. MAR.

14. Kal. April.

Anno D. 1366. Catharina uidua &c. Karoli IIII.  
filia, à patre rege & Imperatore Othoni Marchioni  
Brandenburgensi elocatur.

Eodem anno & die, Elizabetha, altera filia Karo-  
li IIII. puella Virgo, Alberto IIII. Seniori, Sapientis F.  
duci Austriae elocatur.

156.

XIX. MAR.

14. Kal. April.

III illorum. Non nobis sibi iuris causa sed ei. Genesia  
III. 10. Et dicitur. Quid est tu quod fecisti? et dicit  
Iacob. Quia feci quod non possum. Et dicitur. Hoc quod fecisti  
non fecisti sed dominus. III omnes homines. V. 13. Illi si  
venerabuntur a me. Tunc dico vobis. Vnde

157.

XX. MAR.

13. Kal. April.

Anno D. 1475. fundata est Noua (uti uulgo uocatur) turris in Antiqua urbe Pragensi in fossis ad domum regiam, à quodam VVenceslao lapicida: quam postea à dimidia parte inferiorum fenestrarum usq; ad fastigium erexit atq; edificauit Matthias Reysecius, artium Bacca laureus: cum ei artificio nunquam ante a dedisset operam. Rex VVladislaus fossam ingressus, primum eius fundamenti lapidem propria manu iecit.

Anno D. 1571. Euocatus à Deo ex hac uita piè decessit reuerendus uir, & pietate simul, atq; erudita doctrina uenerabilis presbyter, Valentinus Thobiae Zluticensis: ingenuarum artium in Academia Pragensi Bacca laureus: Ecclesiae Dei in oppido Glattouia Pastor & Decanus uigilans: ibidem sepultus.

XX MAR.

159.

13, Kal. April,

159.

XXI. MAR.

12. Kal. April.

Anno D. 129. VVenceslao II. ex Gutha sive Iudis  
tha nascitur filius, Iohannes nomine. Cos.

Anno D. 1350. Reliquiae Imperiales Pragam ap-  
portantur. Rome annus Iubileus celebratur. Franc. m.s.

Anno D. 1551. Conspiciuntur Parelia circiter ter-  
tiam ab exortu Solis horam : confederationum &c. im-  
dices.

160.

XXI. MAR.

12. Kal. April.

XXII. MAR.

11. Kal. April.

Anno D. 1136. Festum D. Benedicti in hunc diem  
incidit, qui fuit Sabbatum, uti uocant, in Albis. Hag.

Anno D. 1251. Nicolaus Episcopus Pragensis  
suspendit Ecclesias in sua dioecesi constitutas à pulsatione  
campanarum, & omni ornatu Ecclesiæ solenni, duabus  
tantum campanis minimis ad pulsandum & ornatu qua-  
dragesimali ad officium concessis, in festo quantumlibet  
magno occurrente. Cos.

Anno D. 1261. ut Cos. ut Hagecus & Cuthenus 1258.  
glacies Vultauæ fluminis ad Pragam, nimis grossa, dura-  
uit usq; ad hunc diem, qui sacri Paschatos fui. Eo anno  
hyems aspera ualde & frigida, Item ueris principium &  
medium similiter frigida. Cos.

Anno D. 1471. in Dubrâu o 1470. minus recte:  
nimirum de priore anno quam plurimis mm. ss. consens-  
tientibus. Georgius rex in regia sua Pragæ circiter 4. H.  
noctis obiit, post I. Rokyczanæ mortem 28. diebus, quum  
regnasset 23. annos. Quum uenter eius defuncti, de more  
magnatum, per anatomen aperiretur, facta euisceratione,  
in vesicula fellis inuenta est bilis torrefacta & indurata  
instar lapilli, quæ nullo modo dissolui potuit. Depræ-  
hensum quoque est medianam ferè epatis partem fuisse con-  
sumtam, atq; coenosa cuidam putrilagini similem. Haec  
I. Cureus, qui eius utriusq; physicam affert rationem.  
M. Cromerus tumore pedum in reliquum corpus perua-  
dente, R. Georgium uitam cum morte commutasse ait.

Numerale anni.

Inclite Georgi rex, pacis amice, quiesce.

Numerale

162.

XXII. MAR.

VI I. Kal. April.

Numerale anni & diei, quanquam ametron  
& minus grammaticum.

Tercia cis Benedicti mox obis luce Georgi.

Anno D. 1577. Exuiae D. Maximiliani Romm.  
Imperat. Vngariæ Bohemiæq; regis, inclytæ memoriae,  
funebri pompa regaliter instructa, ex cœnobio Iacobæo  
maioris urbis Pragensis, in cathedralc D. Viti Arcis Pra-  
gensis templum, maxima cum Ecclesiasticorum, tum secul-  
larium, non modò Regni Boëmiæ, sed & S. R. Imperij  
ordinum frequentia, tumba mandandæ, effruntur.

163.

XXIII. MAR. 10. Kal. April.

Anno D. 1557. Obiit Pragæ M. Nicolaus Sudus à  
Semanina, clarissimus Mathematicus, Philosophus, &  
Professor Academie Pragensis.

164.

XXIII. MAR.

10, Kal, April,

XXIIII. MAR.

9. Kal. April.

Anno D. 984. Adalbertus Episcopus Boëmia, Aquisgrani, præsente Othono E. N. II. Imperatore sacrum celebrat.

Anno D. 1122. Eclipsis Lunæ media nocte, qua Iudaicum erat Phase. Eodem anno ex hac uita decessit Hermannus, IX. Episcopus Pragensis. Grandio multis locis in Boëmia, per æstatem, magnum segetibus intulit detrimen-  
tum. Est quoq; redintegratum bellum inter Vladislauum & Sobieslauum, &c.

• 166.

XXIII MAR.

9. Kal. April.

Anno D. 1053. Procopius eremita, & Sazauensis monasterij Abbas, de huius mundi naufragio migravit ad Deum, consummans cursum uitæ suæ feliciter in Domino. In templo S. Dei genitricis Marie honorificè sepulture commendatus, præsente Seuero Episcopo Pragensi. Fuit natione Boëemicus de Villa Chotun. Slawonicis literis, à Sanctissimo Quirillo episcopo quondam inuentis & statutis, canonice admodum imbutus. Cos.

Anno D. 1471. Rex Georgius ante biduum uita defunctus, magna pompa funebri, luctuq; hominum elatus in arcem Pragensem & Cathedrale D. Viti templum, conditur ibidem in regum Boëmiæ Mausolæo. Intestina uero eius uasco inclusa, in templo Letæ Curiæ ad bustū I. Rokyczanæ deposita humantur.

Anno D. 1498. festum Annunciationis beate Virginis Mariae in hunc, qui fuit Dominicus, diem incidit. Est igitur una cum officio, quod uocant, ad fer: secundam proximè sequentem translatum.

Idem festum Anno D. 1516. in hunc ipsum diem, qui fuit tertius paschatis, incidit. Itaq; in Ecclesiis nostris 18. Martij celebrabatur. Huc pertinet maiorum nostrorum dictum: Quando tempora non temporizant, homines non hominizant.

Anno D. 1511. Terræ motus uehemens in multis huius regni locis extitit. I. SSlechta m. p.

XXV. MAR.

165.

3, Kal, April.

XXVI. MAR.

7. Kal. April,

Anno D. 1419. Ante meridiem facta est eclipsis Solis satis tetra: eam insecuri sunt graues bellorum motus in Boëmia, & alibi. C. Leouit:

Anno D. 1511. Lithomericij Boëmiae oppido, terræ tremor extitit: domus parochialis, templum, turres una cum campanis agitabantur, & quasi nutabant, ita ut ferrea crucis effigies è fastigio templi in terram ea succussione delapsa deciderit. Plerique ciuium, eo motu insolito terribili, ex oppido sese subducebant. Idem Slane accidit. Ea terre motus species Aristoteli pulsus appellatur.

XXVI. MAR. 170.

7. Kal. April.

XXVII. MAR.

6. Kal. April.

Anno D. 1323. hoc die, in quem incidit sacrum Pascha, Elizabetha regis Ioh. uxor, Chami oppido Palatinatus Rheni, sex milliaribus distante à Domazlicio, enixa est uno partu gemellas Annam & Elizabetham F. quarum illa elocata fuit Othoni Ducis Austriae, hæc altero ætatis anno immaturam mortem obiit. Pulkawa.

Anno D. 1354. obiit Gregorius XI. Pont. Romm. is, qui in Ioh. Milicium predicatorem Boëmum, excommunicationis, ut isti loquantur, fulmen torcit. Illyr. Cat. Test. uerit.



XXVII. MAR.

1720.

6. Kal. April.

173+

XXVIII. MAR.

5. Kal. April.

- Anno D. 1510. Obiit Dominus Georgius Krynetius  
à Ronowa: Baro Boëmicus, sepultus in ditione sua Roz-  
dalouitij.

Anno D. 1522. Ludouicus Boëmiae ac Hungariae rex  
una cum coniuge sua Maria, Philippi Hispaniarum regis  
filia, pro suscipienda regni corona Pragam ueniunt.

Anno D. 1551. Ferdinandus Maximiliani II. Ge.  
F. nascitur Zigalis Castiliae.

### Numerale.

Natus autem felix fueras cognominis hæres,  
Sol ubi lassabat uellera pulcher ouis. D. Crimitus.

174.  
XXVIII, MAR.

5 Kal. April,

XXIX. MAR.

4. Kal. April.

Anno D. 1249. (sunt, qui de die uariant) studium  
scholarium recuperatum est, quod Praga proxime clapo  
anno interiit. Cosm.

Anno D. 1564. Piè ex hac uita emigravit Praga  
V. C. Martinus Cuthenus à Sprynseberga &c. Historia-  
rum peritissimus, & Epigrammatum scriptor argutus.  
Sequenti die honorifice magnaq; ciuium Pragensium fre-  
quentia ad D. Benedicti elatus & sepultus.

XXIX, MAR,

176.

4, Kal, April.

XXX. MAR.

3. Kal. April.

Anno D. 994. Tempore Boleslau E. N. II. Ducis  
 Boëmiæ, Volchodus præsul Misnensis Ecclesiæ, Pragam  
 euocatus, dum hoc die, qui solennis Parasceue fuit, sacra  
 celebrat, in stuporem mentis atq; artuum ante aram incis  
 dit, paucis horis superstes. G. Fabr.

Anno D. 1393. Rex VVenceslauus Iohanconens  
 Doctorem, & Pragensis curiæ archiepiscopalis Adminis  
 tratorem, innocenter iussit submergi. Francis:

Anno D. 1432. Synodus Ecclesiastica Basiliensis,  
 sessione tertia decernit, ut hoc ipsum concilium nunc per  
 septennium, ac deinceps perpetuis temporibus quolibet  
 decennio celebretur. Inter cætera & hæc: Quum, in  
 quit, Boëmia, Dei occulto iudicio, bello pluries attentata,  
 non potuerit superari &c. tantis malis studiose conciliis  
 um occurrere, & salutaribus remedijis prouidere dispo  
 sit. Acta Concil. Bas.

**XXX. MAR.**

175.

**3, Kal, April.**

XXXI. MAR.

Prid. Kal. April.

Anno D. 978. Ad Imperatorem Ottонem hoc die,  
 qui fuit sacri Paschatis, uenit Polislauo (Boleslauus E.  
 N. I I. Dux Boëmia,) qui honorifice susceptus, magnisq;  
 muneribus ab Imperatore oneratus redijt domum. Chr.  
 monachi Herueldensis.


Anno D. 1516. VVladislavo regi demortuo exequiae à Senatu populoq; Pragensi in Maiore urbe Pra-  
 gensi solennes peractæ. Inter cætera funebri ritu acta,  
 Scholasticorum, presbyterorumq; denso ordine præeunte,  
 corona, sceptrum, pomum, crux, gladius, vexillum, tum  
 sandapila holoserico tecta à primoribus Senatus gesta-  
 bantur, cereis undiq; collucentibus, turmis eam funeris  
 pompam utriusq; sexus hominum propè innumeris ad  
 Læte Curiæ templum consequentibus, &c. m. s.

XXXI. MAR,<sup>150.</sup> Prid, Kal, April.

**EXPLICIT EPHEMERIDIS  
HISTORICÆ LIBER  
PRIMVS.**



HISTORICAL  
HISTORIC  
PAPERS



urbati sit. Et tunc  
citus fuit et dicitur is.  
Confidit ergo tunc  
cuncte. Tu eris ad ille  
in natus et cessavit tu  
tus pulchre natus tu si  
stupescunt. O misteri  
leborum et peccatorum. Et  
cor illorum obsecratur. Et cum  
dissimilassentur permissus in  
ti am genitum et pulchri  
erit. Cumque egredi ceteri  
renauit secundis et quoniam